preterea grates referre Homero debent greci atq; troiani. qui iam duobus ānorum milibus mortui adhuc uiuunt Nouit quanta sit utilitas poetarū Alexander magnus. cui per Asiam iter facienti. cū obuiam tumulus achillis fieret O fortunate inquit adolescens quē tanta decantauit tuba homeri scilicet musam designans. Alexander aminte filius. rex macedonū. Pyndarum poetam liricum apprime dilexit. Archelaus eius successor i tantū poetas amauit. ut Euripidi tragico. cōsiliorum summam crederet. cuius supremanon cōtentus ꝓsequi sumptu funeris. crines tonsus est. et merorem quem animo cōceperat: uultu indicauit. Africanus prior quinti ēnii statuā sepulcro suo iussit imponi Lisander. lacedemoniorum dux. cum obsideret athenas quia sophoclis inhumatum corpus iacebat. indutias dedit. ut cōgrue & digne poete exequie fierent Iulius ille cesar (q nobis romanum imperium pepit) non solum poetas amauit sed fieri & dici etiam poeta uoluit. idē et augustus octauianus. Ac ꝓpterea mortui uiuūt. nec ulla istorum etas immemor erit Quod si nōnulli principes equos potius & canes alere q̄ poetas uolunt. & multa carne leones ursosq; pascunt. intestinis poetarum nihil prebētes. talis erit eorum obitus qualis equorum & canum. nec post mortem manus erit istorum nomen: q̄ ursi atq; leonis Integri moriētur. nec beneficio musarum famam sibi uēdicabunt. quas tuo ex more nihili curauerunt Antiquitas ꝓuida: tāti poeticam fecit. ut tam poetas post editum opus. q̄ imperatores post uictoriam. triūphare et curru magnifico duci p orbes uoluerit communeq; illis insigne prebuerit lauream. quoniam sicut ab hostibus imperatores liberant ciues sic uicia fulminātes & uirtutes extollentes poete: ciuitates custodiunt & amplificāt At tu maior Alexandro magno lisandro uirtuosior: melior scipione. prudentior Iulio. augusto fortunatior. & omni ātiquitate sapiētior iutilem poeticam dicis quia nil panis affert nil auri nil diuiciarū Esto qđ ais. non tamen idcirco legibus tuis poetica cedet Nāq; dū tu aurū petis auare fecis amator. mūdi cultor

poeta honorem famamq; queritat. & cantãs ſuperum laudes. uirtutiſq; excitãs amorem. iter ſibi facit in celum. tu cum auro & diuiciis quas ſequeris: quaſq; ſolas dare beatitudinem putas: in terra manebis: & animã ſimul et uitã perdes Non eſt: mihi crede· cognoſcere leges q̃ poeticam maius. ſcio quia non credis. ſed ſtulti credulitas. non dat uerum nec aufert. Cicero qui fuit lingue latine princeps. ſemper poetas fuiſſe raros teſtatur. quoniam hec facultas donum dei eſt. quod non omnibus datur. Artes cetere ſtudio diligẽti a preceptionibus poſſunt apprehẽdi. hanc nemo aſſequit̃ niſi diuino munere preditus Tute uides iuriſtarum greges. inter quos plures excellunt habenturq; doctores et legũ interpretes. quorum mores nihil a brutis diſtant qui res humanas minus q̃ capre norũt Tu non fateberis hoc quia fortaſſe caprior es capris Ego polinum noui mediolanẽſẽ qui lumen habitus eſt iuris ciuilis Is facturus edificium. uagiſtros cõduxeret Trabes in edium medio erãt. quibus lacunar aule cõſtrui debebat. tempus cenãdi fuit. ite inquit Polinus architectis comedite ego ĩterim aliquid operis faciam Illis amotis trabes metit̃ q̃ longa ex pariete in parietem mẽſura recepta. nec q̃ ĩtra murum pars ligni eſſe deberet animaduertit. ſciditq; trabes & pdidit edeficium Is tamen iuris preceptor erat. multiſq; modis cathedram rexerat Quid mihi tu hãc diſciplinã iuris tãtopere laudas. et õnibus prefers. cuius aſini poſſunt eſſe preceptores Orator atq; poeta ſi Ciceroni pluſq̃ tibi credere uolumus nullus erit niſi & prudens & bonus multaq; ſcientiarum peritiam fuerit aſſecutus Atq; idcirco raro ſemp poete rariq; oratores fuere In quorũ numero facis ſapienter ſi non deſideras eſſe. quia non potes ſtulte ſi cõtemnis quod tanti uiri cõmendauerunt Hec ad noſtrum aſellũ ſint dicta Tu guilhelme diſciplinaq; amator ſi unq̃ hoſce hoies audieris poetice ſuſcipe ptes. et oſtẽde te huius diuini muneris cultorẽ Vides q̃ facile ſit has picas cõuincere Hos tanq̃ pulices iter ũgues cõprime. nec ſine ut diuinã poetic ã (que ut Cicero tradit omniũ

doctrinarum est prior inuẽta) pollutis arguãt labiis Defende hãc pulcerrimam dominam. cui si presidio fueris nomen habebis eternum. & non solum inter meas epistolas que tamen non cito sunt casure. sed inter scripta potiorũ uatum inueneris legendus Vale & illustrissimo principi domino duci alberto me cõmẽdatum facito Et quia cõciliarius eius es admone illum ne litterarũ studia contẽnat. Iterũ atq; iterũ uale Ex Vuiẽna kalẽdia Iunii. M. cccc. xliii.

¶ Suadet seruari aurũ. & priuata negocia cõmendat.

ENeas siluius Ioãni peregallo fratri amãtissimo S.p.d.Recepi tuas epistolas q̃s Martinus regie cãcellarie notarius attulit cognouiq; te bene ualere q̃is inani marsupio debilem sed illud quoq; aliquando implebitur si sperata unio detur Cupis scire Anthonius luscus in meas ne manus uenerit. uenit & apd̄ me est mihi carissimus. tu rogo gratias meo nomine prestanti & facũdissimo theologo Frãciſco de succedicas meq; sibi offeras quia nõ ero deses in omnibus quibus possum morem sibi gerere. magniq; muneris loco recipiam si quid me posse conari sciam eius desiderio gratum. Munus quoq; Stephani mihi redditum est sicut eidẽ scribo aureos illos quatuor quos uelle per Barbatum mittere scribis suadeo ut apud te habeas quia multa possunt occurere ꝑpter que illis in mea causa opus sit Scis quia tridentina prebẽda ipetit̃ tuq; defensor es cause. nihil ẽ q̄ absq; argẽto romana curia dedat· nã ipse manus impositiones & sancti spiritus dona uẽdũtur nec peccatorũ uenia nisi numatis ipẽdit̃ Serua igitur aurum ut cum opus sit presto reperias De officio scriptorie cognoui tuum consilium. mitto ꝑcuratorium tibi ut illud quãti pluris potes uẽdas Circa prepositurã mediolanẽsem quid suadeas plane ꝑcepi. laudoq; sententiã tuam. sed nescio an fieri possit quia non habeo ꝑmotores Si obedientia restituer̃ cõsilio uellem te causam ichoare. quia tua res erit si poterit obtineri Quod reseruationem expedieris sup̄ beneficiis ecclesie tridentine admodum ꝑbo Cupio enim ut illic sis ut cum

quieſcere uelimus una illic ſenium peragamus cū Franciſco noſtro quā q̄ illius ꝓpoſitum mutatum uereor qui bellum timēs illinc abi it nec poſtea reuerſus eſt. Et forſitan cū uxore potius q̄ cum eccle ſia uiuere cupit. Quod ſi ſic fit. uellem ſuum preſentires animū ut de ſuo cōatu aliquid inuicem cōſultaremus ſi quid tibi & mihi poſ ſet cōducere Laurentius rorella noſter Prepoſituram pinguem i adminiſtrationem recipit in patriarcham aquilegienſem itēditq̄ illic religionem ꝓfiteri ſi poſſeſſionem nāciſci poſſit Ego quia ſibi fauori ſum ſuaſi ut ante canonicatū tridentinum tibi reſignet mihi uero ipſe ſuapte uult eccleſiam parochialem reſignare Si res athe ſis in norenberga ſicuti credimus cōponātur aliquid boni poterit nobis euenire Ego non deſinam ſic te ꝓmouere ut meipſum quia meritus es Reuerendiſſimus dominus aquilegienſis in extremis la borat parua ſue uite ſpes eſt minor ſanitatis exanguis eſt ſpiritus iam non corpus uidetur In eccleſia brixinēſi quid optet rex ſcitis omnes. rogo cōſulo. ſupplico: ne plus atheſinis q̄ maieſtati regie au ſcultetis quia in norēberga nulla uox eſt atheſinorū regis autē nu tu omnia fient Nollē aliquid fieri quod mētē regiā pturbaret Nos in breui aſcendemus quia iam inducias hiemales cū rege polonie & hūgaris ſibi obediētibus nacti ſumus nec aliud in preſentiarum a gimus q̄ nos uie accingere Mihi ioānes amātiſſime bene ē bene ha beo & bene ſpero qđ mihi non tam mei cauſa iocūdum ē quia pau cis eſſem cōtentus q̄ ut tibi & amicis ac neceſſariis ceteris poſſim a liquando ꝓdeſſe Andream paui galium Iacobum Cernereū Gaſ parem nouarienſem Guarinum ueronēſem Iulianum romanum et in primis Frāciſcū quadratū meo nomine ſaluos dicito & uale opti me ex uuienna kalendas Iunii. M. cccc. xliii.

¶ dolet ꝓ laurētii captura. & mortē cardinalis poloni cōmemorat

Eneas ſiluius Ioāni peregallo ſcriptori apoſtolico S. p. d. Obſignaram tibi has litteras nūcioq̄ in craſtinum com mittere animus erat. ſed accidit iopinatus & acerbus caſus

qui & epiſtolam retinuit & mẽtem affecit dolore Laurentius nãq; noſter quem uelle religionem ingredi ſcripſeram non clauſtrum ſed carcerem ingreſſus eſt Poloni enim ut cardinalem moriturum uiderunt .manus in Laurentium iecerunt.nulla penitus auctorita te freti Tu inquiunt argentum heri impignoraſti.non exibis niſi luat̃ Septuaginta & ducentarũ marcarum argẽtum eſt qđ Alber ti habent Baſilee Hoc uolũt ut Laurentius redimat Obligatum ẽ pro ſeptingẽtis aureis quos cardinalis accepit Digna res eſt ut ſer uus es alienum exſoluat Ego nitor hominem iuuare·quia cõpatior uiro in aliena terra capto & amico Sed quid tu facias ũbi nulla uox niſi auri cũ tu ſis inops Ille adhuc deprehenſus eſt.neſcio quid fu turum ſit Nulla excomunicatio ꝓdeſt.nulla fideiuſſio.dum res ſic ſtat anima illa q̃ in cardinalis aquilegiẽſis corpore diu allegata filo uel cera detinebat̃ abruptis retinaculis carcerem euaſit Obiit ille quarto nonas Iunii hora poſt meridiem quarta Nullas extorſioẽs paſſus eſt.nullus crutiatus.ſed tãq; dormiturus animam exalauit Vi derat medicus mortem inſtare ſuaſitq; teſtamẽtũ fieri ſic & amici aſtãtes Ille uos me deficere cẽſetis inquit & ego robuſtus ſum nec in me quicq̃ ſentio deficere Nec poſt hec uerba mediã uixit horã Eius corpus per alterã diem ſeruatum eſt oſtenſumq; õnibus Ter tia uero luce apud ſanctũ Stephanũ & ad dextram altaris dextri ſepultum eſt Funus iuxta morem germanie magnum & honorifi cum fuit Apud ɣtalos nõ fuiſſent tãto uiro exequie digne Pilleus rubeus ob neutralitatem nõ eſt permiſſus mortuo qui uiuo non ne gabat̃ Sermo ãte funus habitus.Neſcio quis uir fuit Verba homi nis laudo Eſt hoc ãno his in regionibus maxima ſiccitas.neſcio an iterum pheton currũ phebi ducere cepit.frumẽta oĩa ſunt exuſta magna cariſtia timetur.nulle pluuie ſũt.calores preter ſolitum ad mirãdi Dicebãt plebi non pluit quia excomunicatus eſt cardina lis.Orator igitur qui ãte funus uerbum fecit uos ĩquit iudeis ſimi les eſtis q cũ xpriſtũ honorificẽtiſſime recipiſſẽt aduenĩẽtẽ poſtea

persecuti sunt & crucem subire coegerũt Vos hũc legatum cupi de recepistis mirificeq; honorastis ingrediẽtem Nunc quia pec catis uestris iratus deus non pluit causam in ipsum uertebatis Ecce iam triduum mortuus est cardinalis cur uobis pluuia non prebet. sceleribus uestris denegatur humor non illi Et in hũc modum plu ra locutus est Ego cardinalis ephitafium feci quod tibi cũ presen tibus mitto Iterum atq; iterum uale Ex Vuienna quarta Iunii Anno.M.cccc.xliiii.

De morte cardinalis poloni.et de rebus cõsilii.

ENeas siluius reuerendissimo in xpristo patri Ioãni cardi nali sancti calixti S.p.d.Pauci dies sunt quibus littere tu e mihi fuerunt reddite que annũ in uia cõsumpserãt uel minus paulo Illis ergo non respondebo quia nil est nunc in eo sta tu quo tunc fuit.solum attingam nouitates aliq̃s ex quibus possis ad res cõciliares uigilantius & utilius intẽdere Regia maiestas sedu lo operam dat ut q̃celeriter norẽbergã petat.nec puto his in parti bus diu manebit Res ecclesie aliquem finem nũc accipient.deus il lum donet.nec sinet amplius tenebrarũ principem dominari Car dinalis aquilegiẽsis die secũda Iunii migrauit ex hac uita.nullum testamẽtum cõdidit Verum est q̃ dici solet.Sicut uiuis ita morie ris Qualis uita talis mors Funus eius non tã dignitate dignũ.q̃ ui ta fuit Sepultus est quarta Iunii luce.apud sanctum stephanũ uni ẽnẽsẽ Nõ puto magno detrimẽto eẽ cõcilio mortẽ eius q̃a nõ mul tũ utilis uita fuit Sui nãq; legatione abutebat. Nec papa id agit qđ hic faciebat Omnia ei plana erant Itaq; murmur fuit aduersus cõciliũ quale uix queam dicere Tu scis q̃ mũdas manus habere oporteat qui aduersarios habet Si deerat aliquid alius ꝓuidus dis pẽsator quem famosa legatio apud poloniam gesta recommẽdat is nũc litteras ãte obitum cardinalis obtinuerat cum omni potestate quam cardinalis habebat Itaq; legatus legatum creabat Ego uidi & legi litteras.reprehẽdiq;.quia non potest legatus de latere facul

tates ſuas ſpeciales ſuper quibus induſtria perſone electa eſt alteri delegare Sed fruſtra clamaui qa nullū ē apud fatuos cōſiliū Neſcio quid facturus ſit homo Aiūt eū adhuc uelle poloniam petere. forſitan facultatibus uult etiā poſt mortem mādantis uti. Is Laurentium ꝑdidit. captureqꝫ ſue ſtructor fuit Me nūc pro liberatiōe ſtudere oportet Nihil formidabilius eſt q̄ homo bilinguis Nihil terribilius q̄ hoſtis familiaris At hic beneficia ex Laurentio plura ſuſceperat. neqꝫ huc ueniſſet niſi expenſas ille feciſſet. Digne patitur Laurentius. quia benefacere malis malefacere eſt Veſtrum eſt cogitare ne apud polonos loquacitas hominis atqꝫ cupiditas fauorē concilii obnubilet Venerabili ac doctiſſimo theologo Franciſco de fuce. refero gracias qui Anthonium luſcum ad me miſit Andreā cōtheologum & confratrem ſaluum dico Neuter eorum miretur ſi non uoco dominos quia nemo dominus eſt abſqꝫ dominio Mendicantibus autem nedum dominium ſed omnis ꝓprietas ē interdicta Valeant igitur ipſi & me compauperem ament Tu quoqꝫ me ut ſoles dilige & inter famulos habe fidos Ex Vuienna die ſexta Iunii Anno. M. cccc. xliii.

7. Laudat ſecretarium pragenenſem. & famam non eē contemnendam dicit.

ENeas ſiluius imperalis ſecretarius Ioāni cuſkoni ſecretario ciuitatis pragenēſis amico primario S. p. d. Epiſtolam tuam diu legi atqꝫ relegi modeſtiſſima cum doctrina pugnātem uidi nāqꝫ cum ornatiſſime ſcribas uereri te tamen ais ad me litteras dare minus comptas Sed obſecro te ne deinceps tali utaris principio quia nihil ad me potes non eleganter ſcribere etiam ſi ornatus qui tuis in ſcriptis elucet maximus· nullus foret Amicitia enim nō eloquētiā ſed rē expedit Tu uero et mihi amicus es & ego te in paucis amo Itaqꝫ ſupplet amor quicquid facūdia negat Que excuſatio non minus mihi q̄ tibi conuenit Tu nāqꝫ cum imperitus uidere uis doctiſſimum te oſtēdis. ego dū aliquid me ſapere iactito

imperitiam prodo meam Quo fit ut meis in litteris arrogãtia cũ in
ſcicia certet non tam honeſte q̃ in tuis certare dixi cũ doctrina mo
deſtiam Sed pretereo iam hec. tuiſq̃ optatis reſpondebo Ais te cu
pere ſi quid noui ediderim tibi ut cõmunicem Gererem tuo deſide
rio morem ſi tam libenter reſcriberes q̃ ſcribo Mihi tamẽ id uicium ẽ
ut plus q̃ ſemel nihil ſcribam Plura poſt tuum abitum cõpilaui Si
giſmundo duci patrueliq̃ regis noſtri. non paruam epiſtolã deſti
naui Pluirma illic bene uiuendi precepta tradendo De paſſione do
mini ymnum edidi regiq̃ domino dedi Litteras nũc ad iſtum nũc
ad illum miſi Exemplaria omnium Vuencelaus noſter habet Is te
poteſt participem facere Sibi plumeus mihi plombeus eſt calamus
Manus illi uelox. mihi tardior Quod ex me cupis. ex illo pete Ni
hil noui ex mea manat officina quod ipſe non ãtea exemplatum re
tineat Si ergo ignorãtias meas tãtopere cupis. ſatis habeto ex me
doceri quomodo uoti cõpos fias Notum in bohemia eneam non ĩ
uitus audio Quia melius eſt nomen bonum q̃ diuitie multe Sed u
tinam ſtabilis eſſet quã de me fama predicas Quod ita demũ erit ſi
fundamẽtum bene iactum eſt ſub petra ueritatis Ego mihi conſci
us ſum non me talem eſſe qualis predicor Vtcũq̃ ſit. laudari poti
us indigne q̃ uituperari digne cupio Eſt enim laus uirtutis excita
mẽtum Quis enim tam malus eſt qui uirtutem illam non aſſequi
ſtudeat de qua ſe percipit laudari Magis ſane magnos ſtimulos ad
eloquentiam capeſcẽdam adhibet is quem de me dicis inter bohe
mos eẽ rumor Et utinã poſſim aliquãdo talis euadere qualis credor
tu uide ne uanus laudator inueniaris Si quis me caſus pragam de
tulerit ubi mea preſentia nomen adumbret In armorum tuorũ de
ſcriptiõe prebebo quam optas operam. uuencelaoq̃ ꝓpuintiam de
mãdabo. cui nihil eſt tui canſa durum facere Frãciſcus regie cancel
larie. uetus mãcipium multa mihi de te cum laude retulit que non
abs uoluptate cognoui Faxit deus ut ſecundiora ſint q̃ diu nixe
ris tua tuorumq̃ fata. tibiq̃ unq̃ me do Frãciſco nũq̃ deficiat Ven

Vuencelaus & ego coluium bibemus ubertim. Vale Ex Vuienna kalendas Maii Anno.M.cccc.xliiii.

¶ Cōmendatur ab amicis amicus.

ENeas ſiluius & Mihael pulēdorp S.p.dicūt & ſeſe dedūt reuerēdo ī xpō pr̄i et illuſtri pr̄icipi domino Cōrado epiſcopo cōſtātiēſi Viros bonos & lr̄aꝝ amatores tue dignationi dilectos eſſe nequaq̄ ambigimus quia ſimilis eſt amare ſimile.m & omnis ꝓbus afficitur probis.nec uirtus poteſt non placere uirtuti Hoc facit ut Ioānem cilium qui tuo indiget auxilio nō multis tibi nerbis cōmendemus Nam cum ſit omni ꝓbitate plenus & omni ex parte laudandus.ſatis in ſe preſidii habet ad tuum fauorē nāciſcendum.nec cōmendatione noſtra magnopere indiget Ne tamen in ſuis neceſſitatibus uerba ſibi noſtra defuiſſe arbitretur.ſcire te uolumus.magni beneficii loco.nos ſuſcepturos:quicquid in eum te boni cōtuliſſe percepimus.Amamus enim hūc.et in amicitia noſtra tertium habemus.nec ſibi quiſq̄ ꝓdeſſe poteſt.quin is nobis gratificetur Non tam pilades oreſtem.aut peritheum theſeus dilexit.q̄ nos inter nos ſeruamus amorem Huic regia magnificēti a.primariarum precum ius prebuit capitulumq̄ zoſingenēſe tue dioceſis ꝓ eo rogatum fecit Iamq̄ in canonicum eſt receptus Prebendam autem aſſequi non poteſt.quoīam alius ſibi impedimento eſt.habet igitur honorem abſq̄ commodo.alius forſitan libentius commodum abſq̄ honore ſuſcepiſſet.quia uulgus utilitatem prefert honori Vera tamen philoſophia nihil utile cenſet.quod nō ſit honorificum Vtrumq̄ ſit noſter Ioānes.optat honori ſuo miſceri commodum.quia caduca res eſt mūdialis honor.niſi pecunia ſuſtētetur Tu ergo qui illic epiſcopus es.incuius manus calix mixto plenus.quicq̄ potes ex hoc in hoc miſcere Iuua hūc amicū noſtrū et fac ut noſtras preces illi cēſeamus fuiſſe ꝓficuas.quod ſi feceris ut de tua humanitate confidimus.non ſolum illum & nos tibi obligabis.ſed imperalis etiam faſtigii erga te gratiā efficies proniorē

Vale ex Vrienna kalendas Maii Anno. M. cccc. xliiii.

¶ Commendatius Ladislai.

FRedericus dei gratia. romanorum rex semper augustus. sanctissimo patri domino Eugenio pape quarto S. p. d. Etsi non dubitemus apostolicam sedē tāq; ueritatis doctri cem. iustamq; uite magistram. quorūlibet iuribus fauorabilem eē. nulliq; prorsus iniuruam facere. quia quidquid ab eo solio manat iusticie lancidus libratur & equitat. non tamen ab re putamus aliq; per nos scribi. quibus beatitudini tue ius seneriſſimi principis ladis lai hūgarie regis patruelis nostri cariſſimi: pueri pupilli & orphani cōmendatum efficiamus. & eorum qui ficta pro ueris referūt impi is resistamus conatibus. scit enim tua beatitudo patruelem nostrū prefatum: qui post obitum diue memorie patrui & anteceſſoris nostri Alberti. romanorum atq; hungarie bohemieq; regis. in ute ro paterno posthumus remansit. ut primum natus fuit. & sacri fō tis unda renatus. adhibitis ex more solemnibus. ueram hungarie et sanctam suscepisse coronam. nūc autem sicut accepimus magnope re quidam instant. ut tua sanctitas titulū regni huius in alium trās ferat. multa illinc emolimēta tū sanctitati tue. tū regno ꝓuētura di centes. que licet nullatenus apostolicam sedē mouere credamus. qa nullum commodum est tam ingens. ꝓ quo bene uēdi iusticia pos sit Mirandus est tamen eorum conatus. qui ex alieno incommodo sunm querentes commodum: altissimi sanguinis puerum & pater no & auito regno cupiūt spoliare. Iniquum ꝓfecto & abominabi le scelus Fecerit enim alius quitis magnalia: sit potēs. sit aptus regi mini: sit per aliquos accersitus. nolumus ista discutere nec cum iniu ria uolumus loqui cuiusq; Nulla tamen racio suadet huic puero suū adimi regnum. q si ꝓpter se nō esset magniputādus. ei tamē prop ter facta paterna uniuersa xp̄ianitas fanorabilis eē deberet Quis enim nostri temporis homo est. qui patris huius glorioſos cōflictus tum cōtra turchos. tū cōtra hussitas non audierit? Debēt preterea

c

et huic puero fauorem prebere. aui ſui clariſſima geſta. & illa eccle
ſie unio: conſtātie reperta. tum uero karoli quarti & Henrici ſepti
mi. quorum ultimus hic ſanguis eſt memoria ceſarum. Tacemus in
clite domus noſtre auſtralis opera: tā pro imperio q̄ pro eccleſia: p̄
noſtros & huius pueri progenitores edita Quis tādem nō compati
deberet innocēti puero: parētibus orbato: uero hungarie heredi ue
roq̄ regi Inſane ꝓfecto mētis: & animi trucis ſunt ac tocius hoſtes
iuſticie. qui tam generoſum puerum regno priuare: & ius tam cla
rum cōculcare nitūtur Sciūt tamen et ipſi. qui talia petūt. inhuma
num eſſe quod optant. atq̄ idcirco extinctum puerum: & nuſq̄ in
ueniri cōfingūt: ut uel hoc colore: regni titulus in alium deriuetur
Sed aliud reperit Viuit enim Ladiſlaus rex: & fauſta et felici fru
itur ſoſpitate. ſcitus puer atq̄ formoſus Is eſt in noua ciuitate uici
nus hūgarie: adiriq̄ ab omnibus poteſt: qui eius uiſendi ſunt cupi
di Spes & noſtra & ōnium eſt: ātecеſſorum ſuorū uirtutes. in hoc
puero reuicturas. Que omnia tue beatitudine recēſemus: ne per ſi
niſtras ſuggeſtiones: aliquid ex curia tua ualeat extorqueri. qd hu
ic patrueli noſtro poſſit eſſe nociuum Vtq̄ querum. iſtis omnibus
īperii principibus ſanguine iūctum: apoſtolice ſedis fauore tua ſāc
titas ꝓſequatur Sic igitur hic rex pupillus in tuo cōſpectu cōmē
datus: ſit āte oculos tue mētis ſua generoſitas: ſua etas: ſua puritas ſu
orum memoria predeceſſorum: & huius iuſticiam: ex qua non ina
nis & ficta: ſed uera & āpla utilitas apoſtolice ſedi redūdare poteſt
āplecti atq̄ tueri uelis Datū uuiēne kelādas maii ānoM. cccc. xliii

¶ Cōmendat uitā agreſtem. & cōmoda ruris.

ENeas ſiluius S. p. d. Ioāni lauterbacenſi ſacerdoti & uiro
ꝓbiſſimo · amicoq̄ optimo Credo te quid agam. & ubi ſū
ex multis percunctari: cum me apud regem non eſſe cog
noſcis Sed hoc tibi nullus exponet: q̄ meus calamus. qui libēter de
ſiderio tuo morē geret ſciens quia me amas. Audi ergo quid accide
rit nobis: in noua ciuitate prius deide qd faciā & udi ſum breuiter

edoceberis. Eramus nuper in curia cesaris apud uiduam quādam
sermonis gnaram ytali: nam & in domo illorum de scola seruiuerat
dum uirgūcula fuit. hec primum magnorum ministrabat equis. e
grotare cepit. ac septima die decessit e uita Moxq; alius ex familia
uir robustus. epydimiam ꝓfessus ē se perpeti: cuius morbi tāta uis
fuit ut eum triduo interfecerit Exinde. mox hospita dolere caput.
& ancilla febricitare ceperunt Germanus quoq; magnifici Gaspa
ris cācellarii. uertiginem patiebatur Pauere omnes: ac de fuga cogi
tare ceperūt Accessit cācellarius: uiamq; fugiendi mortiferam susce
pit Atq; sicut hodie sunt octo dies huc peruenimus Sumus enī hic
in plebe reuerēdi patris electi frisingenēsis oppidum tibi notum ar
bitror prugk nomine. inter duas aquas murā & murzam. que hic
āte oppidum copulātur: & unum faciētes flumen in dranum ferū
tur Hic nūdine sunt. que per octauam diui martini solent perdura
re Ego remissis omnibus curis: nūc merces que huc undiq; afferū
tur cōtemplor: nūc inde egredior montesq; apricos & siluarum lati
bula. ac lucidi fluminis limphas: non absq; singulari mētis oblecta
tione intueor. Habes nūc & ubi locorū degam. & quid rerū agam
Nūc illud te uolo scire: beatum mihi uideri. qui uitam ab negotiis
procul publicis sibi delegit. sicut prisca gēs mortaliū cōsueuit Quis
enim non felicem illum dicat? qui nullo fauore aut ere alieno obli
gatus paterna rura suis bobus exercet Audi q̄ beatus sit. Nempe
non tuci excitatur classico: quo bellum|petere: ac pugnam iubea
tur inire Non horret iratum mare. forum uitat & litigantium iur
gia. non usitat superba diuitum atria. non fastigiosis curialibus est
supplex. sed aut altas populos. adultis uitiū propaginibus maritat
aut in secreta. redactaq; ualle. errātes boues. & armenta pascentia
prospectat Interdum ramos inutiles falce resecat. ac feliciores inse
rit Interdum mella que pressit. puris recundit amphoris: aut oues
tondet. lanasq; recipit At cum antumnus decoꝝ caput: mitibus po
mis per agros extulit: magno afficitur gaudio: pira ex arboribus

decerpẽs.quas ſua manu inſeruit Interdum purpureas uuas colli
git et aut ſuſpendit in uſum hiemis.aut muſtum exprimit Libet il
li iacere.modo ſub antiqua ilice: modo in tenaci gramine. Labũtur
aque ex altis rupibus:queruntur aues in ſiluis.obſtrepeſcunt fon
tes.manãtibus limphis ſomnoſq; leues inuitãt Vt uero hybernus
aduenit annus et ymbres niueſq; dominantur.aut apros multa ca
ne:in obſtentas detrudit plagas:aut rara retia.leui hamite ſeu fur
ca.cõtra edaces turdos ſuſpendit.aut pauidũ leporem.& aduenam
gruem laqueo captat Quod ſi publica mulier illi fuerit:quales olĩ
fuerunt ſabine:ſiue de quibus ſacra ſcriptura meminit.ſara rebecca
uel rachael.que ſolibus peruſta: domum ſeruet & dulces nutriat li
beros.multo beatior fiet.cum illa in aduẽtu laſſi uiri.uetuſtis ligniſ
facrum extruet focum:claudẽſq; textis cratibus letum pecus:diſtẽ
ta ſiccabit ubera & dulcia uina dolio ꝓmens dapes inemptas appa
rabit:quis hanc non laudet & deſideret uitam? Nõne me ãplius lo
crina cõchilia aut rombi uel ſtari nec ex quouis mari uel flumine
queſiti piſces iuuerũt:q̃ leta de pinguiſſimis ramis arborum oliua
decerpta aut agna quam ſolis paſcalibus feſtis ruſtici mactãt.uel e
dus preceptus ab ore lupi Nã quãtũ iuuat iter ruſticales epulas mi
tia poma & caſtaneas molles ac paruas & caſeum paſtas oues uide
re cum domum ꝓperãt.intueriq; feſſos boues inuerſum uomerem
collo trahentes languido Multa ſunt ruris gaudia que nũc ſingula
ꝓſequi non eſt epiſtolarum ãguſtie.Ideo uale & hec ex multis pau
ca notãs amorem ruris aliquãdo indue.Iterum uale mei ut ſoles me
mor Ex oppido prugk die.xiii.Nouẽbris Anno.M.cccc.xliii.

De rebus hungarie.& eccleſie.

ENeas ſiluius Domino Ioanni campiſio perſpicaci philoſo
pho S.p.d. Vrgẽt me res hũgarie tibi ut ſepius ſcribam
Nam & tu illas noſſe deſideras qui Ladiſlao regi bene cu
pis Et illa libẽter cõſcribo que ſcio eẽ ut ſciãt utilia In meis autẽ
ſcriptis plurimũ intereſt cũ uel affirmo aliquid factum uel refero

quod audiui In altero nãq; ueri periculum ad me recipio In alte
ro fidem requiri apud autores uolo Hoc autem ideo dixi.quia ru
morem hic fuisse tibi significaui.regem bosne per quosdã uocatũ
esse:ut hungarie regno potiretur Que res minime secuta est. nec
famam ueritas adequauit Sed nũc quo pacto inter hũgaros cõuen
tum sit .ex me audi Nam certum est.qđ nũc scribo Tu hec domi
no nostro cõmuni cardinali tarentino cõmunicata facito:ut per eũ
non solum sacri collegii aures.sed ipsius quoq; sanctissimi summiq;
sacerdotis. adiere presentiam queãt Nam & sacerrimi illius senatus
interest quid in regno geratur hungarie pnoscere.cum murus sit
illa regio. xpristiane religionis.& nostre fidei solidus paries Credo
igitur te accepisse. proceres illos hũgarie qui estate decursa.cũ car
dinali strigoniensi hic fuerunt:rebus infectis recessisse Nam neq;
regi eorum oblationes satisfecerũt:nec eis rursus regis responsum
placuit Significaui tũc õnia tibi Post hec in hũgariam cũ rediisset
Nicolaus uaynoda transiluanus plurima ptemptauit.sed regnicolis
nulla uia psuaderi potuit:que Ladislaum excluderet Cõuenit igit
alterum uaynoda Iohãnem.Ladislaiq; ius tueri insimul pepigerũt
missisq; clãculum ad cesarem nostrum nunciis.confirmationem suo
rum officiorum obtinuerũt.ac rursus facultatem quamdam cuius
uigore ceteros regniculas ad obedientiam Ladislai reducentes:offi
cia dignitatesq; possent illis cõfirmare.cõuentumq; regni apud al
bam regalem in hoc tempus induxerat Iamq; plures illic sunt:reli
quos expectãtes Sed Laurẽtius palatinus non immemor suaꝝ arti
um Vbi iam figmenta minime ãplius ꝑdesse perpẽdit(nam mors
uenerabilis Ladislai polonie regis õnibus psuasa ẽ.quia.non potest
mẽdatium diu latere)nouum deceptionis genus excogitauit Rumo
rẽ nãq; in populos diuulgauit.se cum duce burgũdie conuenisse.ut
eius filium in hũgariam nauigio trãsmittat Eiusq; rei mediatorem
quẽdam hyspanum fuisse asserit:qui classi põtice noĩe Philippi du
cis preerat:& nuper hac trãsiuit romam petiturus Sed nemo ẽ qui

palatino fidem habeat Nec enim post tot mendatia. dignus cui credatur est Sciũt ĩsuper oẽs ducẽ burgũdorum·unicum duntaxat habere filium :quẽ minime ire perditum uellet cum sit diues ac potẽtissimus. & regi Ladislao sanguine iũctus.cui non est putandum nobilem prĩcipẽ ĩniuriari uelle.& maxime cum eius dominia ab hũgaria remotissima sint:nulloq; possunt usui esse hungaris Que res palatinum nedum mendacem.sed delirum reddunt Hinc ipse.cũ suos conatus in cassum ire perpẽderet.cõuentumq; apud albam teneri Iamq; uuaynodam Ioãnem illuc pergere.& ad uigesimũ lapidem esse in uicina.missis litteris ac nũciis Ioãni indicat insidias.sibi apud albam structas esse.Nicolaumq; uelle in eum manus iniicere Quod si uelit captiuitatem euadere aut mortem·albam ne petat instruit Ioãnes territus hoc nũcio.minime ulterius pergit Accepit hec Nicolaus.uocatisq; ꝓceribus suis:multis inquit fraudibus utit palatinus .sua hec ẽ tegna.ꝙ ad nos Ioãnes uenire timet Sed adibo ego eum:nec timebo eum qui me timet Expurgabo quod mihi ĩgeritur crimen Nec de aliis cogitabo.quod ipse in alios non cogito: neq; saluum cõductum neq; fidem peto ullam Satis tuta ĩnocẽtia est Si quid tamen preter spem euenerit:uiros uos eẽ cõmoneo:meã ut uindicetis iniuriam Atq; sic Nicolaus cũ paucis Ioãnem accessit Interea Giska uir magnificus.nostriq; seculi non paruum decus. qui partes Ladislai apud hũgaros aut solus.aut certe cũ paucis usq; in hanc diem tutatus est.cum Pãcracio stãtibus induciis ꝙ sibi castellum per insicias eripuisset.ulturus iniurias exercitum coegit atq; cum octo milibus pugnatoꝝ ingressus Pãcracii territorium qdda munitissimũ eius oppidũ obsidione cinxit Accersito comite Georgio de sancto Georgio ut sibi auxilio foret Nam is quoq; Pãcracii uicinus & ĩimicus est Georgius uero uuiẽnam mox uenit.auxiliũ q; regis romanorum petiit.multisq; uerbis rogauit ut ãte Calexiũ quod est oppidum magnifici Gasparis cãcellarii ad nouum castrũ pertinẽs.Sed a Pãcracio occupatur obsidionem ponerẽt australes

Que dum sic agũtur Pãcracius qui ãtea dudum litteris securitatis accersitus. cõuẽtum hũgaroꝝ accedere recusauerat nec cẽtum sigil lis credere uoluerat. timore postposito hũgaroꝝ (nam maior Giske istabat metus) cum septem militibus albã prexit In manusq; se ꝑ ceꝝ tradẽs. queritur se Giske conatus opprimi. petitq; auxilium nã se regi Ladislao fidẽ dare ꝑmittit. nec se aliũ uelle habere regẽ te statur nisi Ladislaum. postq; mortuus ẽ rex polonie· cui sese astrin x erat Similiter et oratores ad regem romanoꝝ destinat. se pacem cũ austria perpetuam habituꝝ. nulliq; alteri q̃ Ladislao in hũgaria tã quã regi pariturum asserit Rogatq; scribi Giske ne se infestet Ba rones hũgarie audito Pãcracio sub tutela sua eum recipiunt preser tim Nicolaus uaynoda & Dyonisius cardinalis strigonẽsis. scribũt q; cesari ne deiceps Giskam insultare ꝑmittat. Pãcraciumq; uexare quẽ uigore mãdati sui cũ õnibus eius bonis ad gratia & obediẽtiã ladislai susciperẽt His apd̃ cesarẽ respõsũ ẽ. comiti Georgio austra les nõ posse ãte diẽ sãcti Georgii castrametari. tũ ꝑpter ipedimẽta pluuiaꝝ: tũ q; i cãpis nulle sunt herbe. sed adueniẽte uere (nisi iterĩ qd̃ debitũ eẽ Pãcracius fecerit) paratos eẽ austrie ꝓceres in cãpũ exire· temeritatẽ Pãcracii cõpescere Interim uero tricẽtos equites sibi ex austria in solacium uẽturos exinde rogati sunt oratores Pan cracii. nũquid in mãdatis haberent cum cãcellario Giskaq; rem cõ ponere: quorum bona Pãcracius inuasisset Cum negassent· dictũ est eis ad heꝝ suum ut redirẽt. cui si opus esset maiestas regia per su os nũcios respõdisset Proceribus aũt hũgarie respõsũ ẽ placere cesa ri q; ad Lapislai obediẽtiã Pãcracius uenisset. q; q; uenia sibi sit da ta Non tamen sic ei ignosci debet. ut aliena cum iniuria teneat op pida: bonaq; plurima. nec eam esse unq̃ facultatem cõcessam Mis sunꝝ tamen cesarẽ oratores suos ad eorum cõuentum: & tam super his q̃ super aliis regni negociis respõsurum Sic res hũgarice usq; in hãc diem acte sunt. quas precor ut singulari domino meo episcopo adrienẽsi. quem iam in rauennatem assumptum eẽ audio & gaudeo

cs

cõmunicatas facias. sibiq; me cõmẽdes qui suus sum In rebus eccle sie hec sunt Chiemensis episcopus in rhenum iuit. electoresq; cõ uenit Iamq; hac die cum eis habiturus est in francfordia cõuẽtum bonamq; spem facit ad unionem & pacem ecclesie Nescio quid se quetur Hic magna est admiratio de tarditate legati uestri Nam se cũdum cõuenta iam pluribus diebns in hac curia se debebat osten dere· de quo nihil hic sentiri modo scimus Ingeriturq; magna suspi cio que possit aliquid mali parere: ut scire possunt qui intentiones norunt hic habitas Ex basilea fuerunt apud nos oratores quoꝝ pe ticio fuit ꝙ cesar auctoritatem ecclesie iuxta declaracionem cõstan tie factam et basilee renouatam tueret̃ & manuteneret Vtq; dietã norenbergenensem mandaret teneri. ad quam suos oratores basiliẽ se cõsiliũ cũ plenapotestate mitteret: sup̃ õnibns que ad pacẽ eccle sie pertinerẽt: petiuerunt & saluumconductum cuius uigore ad die tam illam mittere oratores tute possent Ad primam petitionẽ da ta responsio est: cesari semper curam fuisse: & adhuc esse: ut aucto ritas eccesie cũ pace populi xpristiani sicut declarata litteris ac per sanctos doctores & consilia generalia una cum potestate sedis apos tolice cum suo uigore p̃maneat Ad secnndum dictum est urgenti bus causis dietam norẽbergensem esse postpositam. sicut principi bus electoribus chimenẽsis episcopus intimaturus erat Ac sic de sal uocõductu illuc eũdi nõ eẽt opus uerba facere. sed eis cũ quo rece derent nullatenus esset negãdum Sic in affectn responsum q̃uis & ornatius & uerbosius Tantum est qđ ex his partibus tibi possum scribere Vnũ addo qđ mirabere Iam ego subdiaconus sum. quod olim ualde abhorrebã Sed recessit a me illa animi leuitas. qua iter laycos crescere cupiebam Iam nil amo q̃ sacerdotium. fiamq; deo dante infra octendium dyaconus. & suo tẽpore sacerdotalem reci piam dignitatem Hoc si Noxitano nostro & Iacobo caluo dixeris scio tecum mirabunt̃ Sed eligẽdum est aliquãdo uuẽdi genus qđ inter christicolas duplex est. laycoꝝ & clericorum & illa rursus ut

nosti distinguūt. Mihi ī ordine beati Petri manere decretū ē. ī quo gratiā mihi elargiat ut que sibi placeant solū cupiam faciāq. Vale & domino comiti reuerēdo abbati me commenda Ricardū & Iulianum nostrum Iubeto saluos esse Ex Vuienna sexta Martii Anno .M.cccc.xlui.

12. Increpat eū q nō bono ꝓposito amicam nuptui dedit Dicit dietas pregnātes eē & eccīam perire nō posse.

ENeas siluius uiro prestāti & singulari domino Ioānī urūt insignis ciuitatis agrippine secretario & amico suo ꝑcaro S.p.d. Pauci dies sunt quibus tuas recepi litteras ornatas quidem & multa cōtinētes. quibus respōsurus nescio quid primū attingam Sed tamen seruabo morem De puella tua primum dicā quā uiro tradidisti Laudo in ea re factum tuum Quid enim melius est q̄ uuptias cōiūgere? ex quibus soboles fiūt. replent liberis ciuitates Quod autem post factum doles. mirādum est Nec enim solet alicuius operatio uirtutis penitētiā habere Qui uirtuose operat letus est. dolet qui crimen admisit Quomodo ergo fit: ut tu doleas qui actum feciſti uirtutis Nempe arbitror quia bonum feciſti sed non bene Aduerbia sunt mi Ioānes que nos beāt. nō uerba nomina uel participia. non quid hic faciat sed quomodo faciat querēdum est Et in ōmibus rebus finis expectat Si igitur puellam maritasti ut ꝓbro leuareris bene feciſti. si etiam ad rē illam timor accessit dei At si solum quid homines loquerēt cōsideraſti. non satis est. non enim hominibus tātum. sed deo placere debemus Queris remedia: non poeticum antidotum recipe euāgelicum Quid forni cacio est aliud q̄ mors? Tu beatus es si te cognoscis qui materiā delīquēdi a te abiecisti Quiesce obsecro ne ultra memineris tue iuuētutis delicta Scio dices Ecce q̄ seuerus est Eneas. nūc mihi castitatē predicat in Vuienna. & in noua ciuitate cōiugium laudabat. nō nego Ioānes mi amātissime Sed labitur tempus Indies seniores sumus appropīquāt mortis dies Cogitādum est iam nō quomō uiuamus

ſed quomodo moriamur Miſer homo eſt & gratie dei expers q nō aliquādo ad cor reuertit qui ſe non cognoſcit.qui uitam non emendat ſuam Qui non cogitat poſt hoc ſeculum quid in alieno ſit Ego mi Ioānes ſatis erraui & nimium ſatis Iam me cognoſco & utinam non ſic tarde.nūc q̄drageſimale adeſt tēpus Nūc dies ſalutis.nūc tēpus miſericordie Pone extra mentem tuam puellam Finge mortuam eſſe.nūquid uelles uiuere:quid eſt q̄ cum ea poſſis habere ſolacii Qnā breuis eſt uoluptas que cum mulieribus haurit q̄ momentaneum gaudium An ſatis ſtultus eſt qui ꝓpter tpalia & momentanea pdit eterna Hoc dico ſecūdum theologos quia nō uis que potete dicunt audiere.hoc eſt remedium qđ hic in apothecis inuenit Vuiēne Tu obſecro uēdica te tibi ne una te puella uincat.quē uix imperator ſuperet Turpe ē in paruis ſuccūdere q̄ magnis uictor fuit Nec tu mihi de ſucceſſore nouo uerbū facias qđ fuit Ouidii remedium Nam quid ē una muliere relicta amare aliam niſi ex igne in ignem ſaltare Fuge obſecro ōne femineum genus.reliique huiuſmodi peſtem.cum feminam uides dyabolū eſſe credito Sed quid ego tecum hec fero ſcio fruſtra me fari Verbis meis abeſſe fidem Nam tu me pleno ſtomacho reris ieiunium cōmēdare Fateor amātiſſime frater plenus ſum. ſtomachatus ſum.nauſeam mihi femina facit Tū quoq̄ & illud uer̄ eſt langueſcere uires meas Canis aſperſus ſum Aridi nerui ſunt.oſſa carioſa rugis.corpus aratum eſt nec ulli ego femine poſſum eſſe uoluptati.nec uoluptatem mihi afferre femina poteſt Bacho magis q̄ ueneri parētat ſenex Vinū alit ſenē iuuat oblectat beat.hic liquor ſuauis uſq̄ ad mortē durat Sed hoc quoq̄ peccatum eſt ſi ad iocūditatē magis q̄ ad neceſſitatam bibe rimus Tu mi Ioānes ſi fortis es ſi ſanguine ſuccoq̄ plenus. ſi neruis uales non miror te amare q̄uis plurium te uerboꝝ eſſe credam q̄ opeꝝ ſi uel etas uel occupationes uires demunt Sed eſto ut ais robuſtus calidus ꝓmptus intrepidus tūc bonum eſt crimen abiicere cū tu illud relinquis:non teipſum fugit.mihi hercule parū meriti ē

in castitate. nãq; ut uer̃ fatear non sum aptus ueneri Sed ago deo gratias quia non maior est appetitus q̃ potestas Dicis tamen de te non esse ante prelium deserẽdum q̃ hosti victoria cedat Quod uer̃ non est in eis bellis in quibus uincit victor ueneris Preliator q̃ plura cõfecit Is sese pluribus affecit cladibus Sed quid ego tã seuerus sum Omnes quidem dum ualemus recta cõsilia egrotis damus. sic mihi replicare potes & illud therẽcianum obiicere Tu si hic sis aliter sentias Sensi aliquãdo qđ nũc sentis. sed tu aliquãdo senties qđ ego sentio quãdo huc eui uenies Qđ si nũc faceres tanto laudabilior esses. quãto difficilius uiceres Ciceroniq; tibi uerbũ illđ cõueniret. quo difficilius eo preclarius Possem plura in hanc sentẽtiã dicere sed neq; tu ista uis audire nec Ioãnes noster norẽbergẽsis p̃mittit scribere seria. qui uulturis in modum cadaueribus nutritus i capitolino campo uenari uellet Nec iam piper emere formidaret. dũ feras haberet quas posset cõdire Is te amat unice. tuiq; sepe non sine laude mentionem habet cupitq; ut hic uenias qđ Mihael & ego maxime desideramus ut loquamur aliquando simul· rideamus. bibamus .cenemus. & quod littere non prestãt. solamen inuicem recipiamus Nimis remote a nobis uitam ducis raro exinde nũcii ueniunt quibus litteras demus Neq; omnia committi litteris possunt De cõuẽtibus qui super rebus ecclesie fiunt tuam sententiam p̃bo Nec enim dieta fit que dietã non pariat Credo quia femininum est nomẽ libẽter ipregnari dietas & p̃turiere Sed ne hec cõsuetudo p̃iret cõsiliũ norẽbergẽse qđ erat indictũ neutri generis qđ non poterat cõcipere quia fortasse finem dedisset in rebus ecclesie sublatum ẽ et ad dietas reuẽtum p̃plificãtes ut in eternum fiãt cõuentiones maneatq; neutralitas dulce ac suaue nõnullorum aucupium Mirum ẽ tam parue cure teneri ecclesiam Forsitan sic deo placitum est cuius consilia humano nequiunt ingenio deprehendi Ille hinc aliq; uenat utilitatem nobis incognitam Res grãdes & tocius reipublice statũ cõcernẽtes de sursum ordinatur nec qsq; ẽ q futura sciat Cogitãt

homines. deus autem diſponit Vnum ſcimus. beati Petri nauiculã quã eccleſiam nũcupamus: etſi fluctibus agitet. q̃tiatur uentis: ĩnumeris uexetur ꝓcellis. ſubmergi tamen non poteſt. quia futurũ ſecũ ea ſaluator noſter iheſus uſq; ad cõſummationem ſeculi repromiſit Quod de regis coronatione apud te predicari dicis: minime ueꝝ eſt Neq; enim adhuc uerbum fieri audiui: in loco autẽtico de tali coronatione: qđ tamẽ me non fugeret. q̃uis & hic etiam multi multa loquãt. ex opinione magis q̃ ex ſentẽcia Noua hic alia non ſunt niſi ꝙ Vlricus cilie comes poſt diutinam obſidionem caſtri atile qđ eſt in hungaria. ac per Frãconem germanum maticionis baui tenebat tandem uictoria potitus eſt. unoq; illius occiſo filio: aliũ cũ uxore & omni gaza ſecum in captiuitatem abduxit Giſka in campo eſt cũ magno exercitu cõtra Pãcratium Itaq; tota hũgaria trepidat. cõuentumq; habet apud albam regalem. ſpeſq; optima eſt hungaros oẽs ad obediẽciam Ladiſlai reuerſuros Nam Ioãnes & Nicolaus uaynodis trãſiluani. & deſpotus raſcie iam ſeſe recõſiliarunt ac eoꝝ officia cõfirmari ſibi obtinuerũt Quod ſi Pãcracius & Orſacius Mihael i pertinacia ꝑſeuerarit ac Laurẽtii palatini demẽtiã ſequi maluerit· decretum eſt in feſto ſancti Georgii aduerſos eos regalem duci exercitum Cum Mihaele cõueniẽdo modo quo res de quo ſcribis expediri põt is ad te latius ſcribit Meã curã & diligẽciã. nulla ĩ re ũq; tua denegabo Tu me. utere ut tuo. Vale optime & quãdo facultas dat domino coloniẽſi & Germano traiectẽſi. cõmẽdatum me facito. mihiq; ſcribe ſepius nã tuis lr̃is iocũdiſſime fruor Iteꝝ uale Ex Vuiẽna octaua Marcii Anno. M: cccc. xliii.

Remedium cõtra amorem

ENeas ſiluius Ypolito mediolanẽſi S. p. d. Querebaris me cum nocte preterita ꝙ amori operã dares. nec delibatũ ac uictum animum ſoluere poſſes Dixiſti te nec uirginẽ nec nuptam nec uiduam amare. ſed mulierem q̃uis pulcram meretricẽ tamẽ: quibuſlibet uiris precii cauſa ſeſe ſubſternẽtẽ Id tibi moleſtũ

esse aiebas. libenterq; amorem hunc uelle te postergare. sed uiã mo
dũq; nescire quo fieri liber. & amore uacuus posses. nã etsi plures
sacerdotes cõsulueris. neminem tamẽ remedia que tibi uiderẽt effi
cacia ꝓtulisse dicebas Rogabas igit̃ me. magnisq; precibus efflagi
tasti. egritudini tue ut aliquã afferam medelam. ac iter ostenderem
tibi quo possis ardentes amoris flammas effugere Parebo desiderio
tuo. salubriaq; prebebo tibi remedia. si ea amplecti uolueris. nec ue
rebor medici culpam mihi ascribi. si tu obedientis egroti personam
susceperis q̃uis arbitror quos cõsuluisti sacerdotes satis tibi feciisse.
si precepta tenuisses que illi dederũt sed tibi uisa fuerunt fortasse
grauia. nã cũ dicerẽt fuge illũ. nihil sibi loquaris. nihil de illa audi
as. dumq; uerbum uisum est At febricitãs quoq; inuitus audit frigida
pocula sibi negari Si tamen sanari uult: qđ medicus mãdat diligẽter
obseruat tu ergo mi Ypolite si uis amorem euadere liberq; fieri.
prepara ut que precipiam facias. nam scito egrotum te esse. maxi
maq; infirmitate detentum: & ꝓpter sanitatem dura & aspera esse
plurima subeũda. nempe egrotus est mi Ypolite omnis qui amat ac
nedum egrotus sed mẽte etiam captus atq; insanus & amẽs. de amo
re inq̃ illicito nam deum colere. & amare parẽtes: uxorẽ & liberos
uirtutis non est uicii· sanitatisq; non egritudinis At tu amorẽ illici
tum sequeris quid tu esse amorem (de quo iã loqmur) credis? Vete
res. putauerũt illam ex uenere uulcanoq; natum puerum cecũ: ala
tum. sagittas in manibus habẽtem: quibus uiros ac mulieres feriẽs
ardorem dilectionis infũderet Apud uirgilium legimus nunc scio
quid sit amor duris in cotibus illum Ismarus aut radope aut extre
mi garamãtes Nec generis nostri puerum nec sanguinis edũt Sed
error hic mortalis populi fuit. qui ueritatem attingere non potuit
Amor ut in tragediis inquit seneca nihil aliud ẽ nisi uis quedã mag
na mentis blandusq; animi calor. qui iuuẽta gignit̃. luxu ocio & in
ter leta fortuna bona nutrit̃ Hic mẽtem hominis eripit iudiciuꝫ
omne peruertit. sensum hebetat. animũ extinguit. nãq; cũ mulierẽ

diligis. non in te sed in illa uiuis Quid igitur peius est q̄ uiuētem non uiuere q̄ sensum habentem non sentire. q̄ oculis preditum nō uidere? Equidem qui amat in alium mutat' uirum: nec loquit' nec facit que ante solebat Hinc Parmeno apud Therētium Dii boni quid hoc morbi est Adeo homines īmutas ex amore. ut nō cognoscas eūdem esse? Putat comicus morbum esse amorem: nec male putat: Nam & apud Macrobium luxuriam que uel mater amorū est uel filia teterrimi morbi partem Ypocrates dicit Hic morbus plerumq̄ iuuenes aggredit'. sed uiros quoq̄ senes uexat Tātoq̄ periculosior & risu dignior est. quāto persona que capta est etate aut scientia cēset' prestātior Cum ergo Ypolite captus sis amoriq̄ seruias: scias te morbosum esse. si morbosus es liberari stude Nam quis morbum patitur qui curari nō uelit? Sane ut morbus grauior acerbior periculosior eo morboso maior sit de sanitate cura Si tua infirmitas magna est. sit & cure diligētia magna Cogita mi Ypolite quo in statu es Tu nihil te estimas. qcquid tibi eueniat leue est. solum sup amica anxius es Non parētes non necessarios non benefactores magnifacis Solus tuus animus in amica est Illam amas Illam ꝓmoues Illam somnias De illa cogitas De illa loqueris De illa suspiras. nihil agis quin memoriā eius habes En stulticiam · amēciā morbumq̄ teterrimum. an non est petenda cura? Quis non sanari hoc morbo uelit? Cetez ad salutem tuā hec sunt necessaria mi Ypolite. que si feceris sanus eris. si neglexeris. sepelieris in morbo tuo. nec te quisq̄ iuuare poterit Cogita primum q̄ remote a preceptis dei recessisti. qui cum deberes deum ex toto corde diligere. creaturā amasti & i ea oēm tuā delectacionē & oblectacionē posuisti Sic eni factus es ydolorū cultor Nam qui creaturam deo preponit ydolatra est ¶ Negabis te ydolatram esse. cum preponas creatori creatum? At si uez fateri uis plus tuam amicam diligis q̄ deum Nam que deus mādat negligis postergas cōtēnis: que uult amica summa cum diligēcia curas adimplerere Et hoc nēpe est preferre mulierē

deo Heu q̄ magnū est malum q̄ periculosum q̄ detestabile creaturā sic amare ut deum paruifacias Deus cū esses nihil te aliquid esse fecit Nec te lapidē.nec te gētilē.nec iudeū sed hominē xpristianū.fecit·ut possis scire diuina sacramēta & uiā qua it̄ in celū Ipse quoq̄ deus cum ob culpā primi parētis.tu & ceteri hoīes paradisum amisissetis.nasci ꝑ te uoluit.fieri homo.capi.cedi·uituperari.crucifigi.mori:ac suo te precioso redimere sanguine En q̄ magna ingratitudo est:iniquitas.inhumanitas.feritas:hūc q tāta ꝑ te fecerit ꝑpter uilē relīquere mulierculā Hoc satis te ceterosq̄ xpristianos mouere deberet ut omissis amoribus illicitis deo soli seruirēt Sed cogita ulterius:quid ais Ypolite.pulcra tibi uidet̄ amica tua.credis ne sic sē ꝑ pulcra erit Res ē forma fugax ut iqt Tragedius mulier q̄ hodie formosa ē cras deformis erit:qd tu bona ꝑpetua & imutabilia ꝑ caducis mutabilibusq̄ permutas Sit ut putas spectabili forma muli er leue hoc bonum est Nihil enim forma mulieris est nisi moribus sit adiuta Castitas est que feminā laudat nō forma Tu nō castitatē seq̄ris sed solū formā amas Forma hec uti flos agri decidit Rosa mane rubea:sero lāgueſcit Nihil formosius est uirtute atq̄ honestate Si hāc intuereris multo tibi formosior uideret̄ q̄ tua sit amica Eteni nec lucifer.nec hesperus tā decorus ē q̄ ipsa facies honestatis: quā qui reliquit ꝑpter mulierē:existima oro q̄ sit delirus & amēs Ceterū Ypolite ut tecū nō multis utar.quā amas mulier nō tua sola ē id ē cōplures eam habēt.ipsa te nō solū habet sed alios qnoq̄ amat Quid tu in turba uis facere Cogita te eē iā in uespero: iā senē: iā morti ꝑximū Vis ne cū iuuenibus cōtēdere Vis cum robustis pugnare Quid tibi in eo prelio q̄ris in quo uictor succūbis Magna res ē uiq̄ senē a iuuenibus extorq̄re mulierē:si tā es potēs ut extorqueas qui uicisti cū prelīū huiusmodi sit ut uīcēs succūbat Quid ē oro mulier nisi iuuētutis expilatrix. uiroꝝ rapina.senū mors: patrimonii deuoratrix:honoris pnicies: papulū diaboli:ianua mortis: in ferni supplemētū: Cogita Ypolite quot mala ꝑ mulierē obuenerit

cū Salomō cū Holofernes cū Samſon p mulierē decepti fuerīt Nō
te credis ſic fortē eē ut nō illudaris Sed quāto uiris illis debilior es
incautior inprudētior tāto te ab eo loco ſemoue in quo potes decipi
Nihil ē mulieris amor q cū peccato ē Nō ē in muliere ſtabilitas. q̄
nūc te amat: cras alium amabit: & una tecū amabit alios Quid tu
hūc amorē exiſtimes? qui in plures diuiſus ē Nulla mulier tā fixe
aliquē amauit q̄ ueniēte nouo p eo nouiſq; uel precibus uel mune
ribus nō mutauit amorē Mulier ē aīal īpfectū uariū fallax multis
moribus paſſionibuſq; ſubiectū. ſine fide: ſine timore. ſine cōſtātia. ſi
ne pietate De his loquor mulieribus q̄ turpes admittūt amores Nū
q̄ he ſtabiles ſunt Nā q; ut ſemel a recto tramite receſſerūt: iā ſe libe
ras arbitrāt ut quocūq; uelīt uagēt. nec āplius uel amici uel mariti
timorē habēt Credo equidē illā coeūdi fetidā uoluptatē tibi qui iā
ſenio exhauſtus es pay placere Nā quid nedū tibi ātiquo & arido:
ſed iuueni humecto illa inepta & ſpurcida uoluptas cōferre poteſt
quā mox penitudo cōſequit. An nō magna res ē ammonitio illa &
citatio ſiue cōminatio quedā que poſt peccatū eueſtigio mētē hoīs
cruciat Quā iniquus eſt homo qui tociēs āmonitus nō quieſcit: qui
punitus nō emēdat. qui correctus nō efficit melior Quid ille actus
carnalis operat nīſi carnis interitū Vtinam ſolū carnem īterimeret
non occideret animam At duo cū inuicē coeūt uir atq; femina q̄ſi
duo uaſa teſtea mihi uidēt que inter ſe cōfricēt donec rūpantur &
ad nihilum redigātur Tu tamen non in coitu ſed in uiſu ſermone
q; forſitan oblectaris Quid obſecro in uiſu ē tā pulchri ut nō iue
as aliquid pulchrius Pulcritudo q̄ debemus querere in celo eſt cui
nulla poteſt res mundana cōpari In illa oīs pfectio eſt. mūdana ſem
p diminuta ſunt Illa ppetua: hec caduca Illa fixa: hec fluxa Hāc q̄
tu miraris formā paululum poſt febris eripiet Aut ſi morbus ab
fuerit ſenectus nō deerit que illā teretē ſucci plenāq; faciē rugoſā
criſpamq; reddat Fiēt illa que nunc miraris mēbra decurſu tēporis
arida nigra ſqualida fetore ac ſpurcicie plena nō oculi ſplendorem

seruabũt. fetebit os. collũ incuruabit corpus undiq; sicco & arido
tores nostri episcopalem appellauere. que quamuis in consecratõe corporis xpristi sacerdotalem non excedat superat tamen in his q̄ ad regimen populi pertinent. Nam & ipsa sacerdotalis potestas ab episcopali diriuat̄ Et que sunt ardua circa populi curam episcopis reseruant̄ Nec sacerdotes ipsi dum corpus xpristi conficiũt rebus aliis utunt̄ q̄ per episcopum consecratis ut altari calice uestibus. Est igitur manifestum summam regiminis quod in populo xpristiano geritur ad episcopalem pertinere potestatem. Verum quãuis populi per diuersas dioceses ac ciuitates distinguantur. sicut tamen una est eccã sponsa xpristi. ita & unum oportet esse populum xpristianum Et sicut in uno populo speciali unus requiritur episcopus ad quem summa rei deferatur. ita & in toto populo xpristiano per necessarium est totius eccẽ caput unum preceptorem atq; mg̃rm ad quem maxima queq; & difficilia referant̄. Cumq; ad unitatem ecclesie conseruandam illud potissimum requirat̄ ut una sit omniũ fides. circa ea uero que fidei sunt questiones uarias suboriri contingat unum esse principem unumq; caput oportet & supremũ iudicẽ qui questiones ipsas dissoluat Alioquin sententiarum diuersitas ecclãm ipsam diuideret. atq; solueret unitatem. Quẽadmodum factũ esse uidemus ante concilium nycenũ dum sibi quisque uiuebat & ad romanam eccãm paruus habebatur respectus ¶ Et nos quidem palam uidemus omnes qui tempestate nostra peregrina inuenerint dogmata. & errores predicãt illud in primis sibi usurpare ut romane eccẽ auctoritatem & principatum diffiteantur ¶ At cum xpristus deus noster sponsam suam eccãm tam feruenti amore dilexerit ut sanguinem suum pro ea effuderit crucis tormentum ppessus. Nequaquam credendum est eum in his que necessaria sunt ecclesie non oportune consuluisse cum de synagoga per ysaiam dicat quid ultra facere debui uinee mee & non feci ¶ Itaq; cum necesse sit ad perfectum regimen unum preesse a quo ceteri depẽdeant. minime

dubitandum est quin ex ordinatione xpristi unus eccē presit. Et nos hunc romanum presulem appellamus.uulgus papam nominat Insuper cum ecclesie regimen ab eo istitutum sit per quem reges regnant & legis conditores iusta decernunt non est ambigendum qui eccē regimen optime sit ordinatum Optimum autem multitudinis regimen illud est quod ab uno regitur. Id autem ex fine patet.Nam finis optimi regiminis pax est & unitas subditorum V nitatem autem que pacis est nutrix nemo dubitauerit.longe melius ab uno seruari q̄ a pluribus. Vnus enim dignitati congruit ¶ Ob quam rem non est ambiguum qui eccē regimini tanq̄ optimo presit unus Huc accedit quod in apocalipsi Ioannes ait se scilicet uidisse ierusalem descendentem de celo Et moysi mandatum est ut omnia faceret secundum exemplar ei monstratum in monte. Quibus ex uerbis quid aliud colligimus quam militantem in terris ecclesiam instar esse triumphantis ecclesie in celo. At cum in illa unus sit dominus dicente eodem ioanne rursus in apocalipsi.ipsi populus eius erunt.&ipse deus cum eis erit eorum deus.Quis non intelligit eccē militantis unum esse principem oportere.Recte igitur osee primo scriptum est. ¶ Congregabuntur filii iuda & filii israel pariter & ponent sibimet caput unum. ¶ Dominus quoque apud ioannem ait.Fiet unum ouile & unus pastor.Et ad ephesios doctor gētium paulus.Soliciti inquit sitis seruare unitatem spiritus in uinculo pacis Vnum corpus & unus spiritus sicut uocati estis una spe uocationis uestre. Vnus dominus.una fides:unum baptisma. unus deus.Sed dices fortasse unum caput.& unus pastor eccē xpristus est q̄ est unus & unius ecclesie sponsus.& hic cuncta gubernat.nec opus est alium adhibere pastorem. Vana est argumentatio tua Nam cū omnia ecclesiastica sacramenta xpristus ipse perficiat. Ipse est enī qui baptisat & peccata dimittit.Ipse est enim uerus sacerdos qui se se obtulit ī ara crucis.& cuius uirtute corpus eius quotidie cōsecra

tur possemus dicere mime necessarios sacerdotes qđ quãtꝫ sit absur
ditatis nequaq̃ te latet. Scimus ei christũ cũ ex hoc mũdo trãsiturus
esset ad patrẽ. cũ corpore affuturus erat. Eligisse mĩstros per quos
sacramẽta fidelibus dispẽsaret. ¶ Eadem ei rõe necessarium fuit ali
quẽ eligere cui uniuersalis eccẽ curã cõmitteret quod fecit. Dixit
enĩ petro ante assensionem suã Pasce oues meas et ante passionem
tu ĩterim confirma frẽs tuos Et rursus petro ait Tibi dabo claues
regni celoꝝ ¶ Quibus uerbis palam ostendit potestatẽ clauium per
petrum ad alios deriuandam ut ecclesie obseruaret unitas. Nec fasẽ
dicere hanc dignitatem petro datam ad successores eius non deriua
ri. Nam xpristus ecclesiam usq̃ ad finem seculi duraturam ĩstituit
secundum illud Isaie decimoquarto capitulo. Super solium dauid
& super regnum eius sedebit ut confirmet & corroboret in iudicio
& iustitia ammodo & usq̃ in sempiternum. Nam potestas apud e
os qui cum xpristo uixere. ita instituta est ut ad posteros deriuaret
pro unitate ecclesie usque ad finem seculi. Et hoc est quod ipse sal
uator ait. Math. ultimo. Ego uobiscum sum usque ad consummati
onem seculi. Itaque liquet unum esse pontificem qui presit ecclesie
uniuerse Et hic post xpristum petrus fuit. Illo autem uita functo
successores eius usque ad cali xtum tertium xpristi uicariatum tenu
ere. Nec potest alia quepiam ecclesia hac prerogatiua gaudẽ Nec
ipsa quidem iherosolimitana in qua fuit officina nostre salutis. Et
cui iacobus frater domini magnus prefuit apostolus ¶ Nam xpri
stus cum uicarium suum petrum elegit. ei loco hanc dignitatem cõ
cessit quem petrus ipse suo sanguine consecraret. ¶ Iherosolimita
nam autem eccãm quamuis nycena synodus ab omnibus honoran
dam esse uoluerit. saluum tamen esse decreuit ius cesaree palestine
que tunc eius erat metropolis. ¶ Romana igitur eccã ut sacri cão
nes aiunt caput omnium est que principis apostolorum & doctoris
gentium sanguine dedicata ibi apud se celeste regnum habere me
ruit. ubi terrenum usque ad summum creuerat imperium ¶ Nam

ſicut romulus & remus inicium ibi mortalis imperii fecere. Ita petrus & panlus celeſte regnum fundauere.

ENeas cardinalis ſenēn. Epiſcopo ouetēn. S.p.d. Litteris tuis & letati & oblectati ſumus. Letati quidem q̄ tempa noſtra claris florere ingeniis & uim eloquētie paſſim creſcere atq̄ ad exteras penetrare nationes animaduertimus. Oblectati autem q̄ in epiſtola tua multum leporis: multumq̄ ſalis īuenimus Et cum omnia que ſcribis grauia dignaq̄ philoſopho proculdubio ſint. tum nobis illud precipuam quandam exhibuit uoluptatem q̄ in exemplis ietro & moyſe quibus impugnabaris. quaſi armaturis tuis. quibus & defēdereris & aduerſarium tuum ferires uti nouiſti Eſt enim ſimile hoc illi quod de uirgilio legimus. qui cum crimini ſibi daretur. q̄ homeri uerſus operi inſereret ſuo. At hoc inquit q̄d uituperatis laude precipua dignum eſt. tāq̄ ego clauā ex manu herculis arripuerim. Hoc itidem & nos de tuo ingenio dicimus. Perge igitur & florentes eloquii tui uires ſepe exerce. Sic enim erit īter diſertos oratores non uulgare nomen tuum. ¶ Vale quanti es. ex urbe tercio octobris. Anno domini. Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimoſeptimo:

ENeas cardinalis ſenēn. Leodriſio cribello. S.p.d. Affecerunt nos haud modica uoluptate preſtans uir & amice ſingularis littere tue quaſ ex mediolano. xuii. kalendas Septēbris ad nos ſcripſiſti. legimus ioannis Chriſoſtomi epiſtolam quam ex athica romanam feciſti. Neſciebamus te āte greci ſermonis gnarum eſſe. prius. tranſlationem hanc uidimus quam te grece doctum audiremus. ¶ Tanto te magis extimamus quanto magis eſt duas līguas quam unam noſſe Non ē nobis iudicium de grecis. At quod latine ſcriptum eſt ex greco uerſum. ¶ Si quid eſt quod ſentimus admodum laudabile eſt. terſum. ſuaue. nitidum. Gaudemus te huic

doctrine profectū ut laudari ab omnibus tua scripta debeant. At quod de nobis iudicium facis. Lōge maius est q̄ nostra exigant me rita. Noscimus nosipsos nec fallimur cum laudamur. Quod ad car dinalatum euecti sumus diuine miserationis est. Non nostre uirtu tis Nec omnia consilia dei humana potest inuestigare cogitatio. Se pe ad nostram ruinam tendunt que nos quasi felicia uel cupimus: uel admiramur. Neq̄ dignitas cardinalium tantum in se boni ha bet quantum pre se ferre uidet̄ & quidem nobis tante glorie imp es sumus instar est potius miserie quam felicitatis. Itaq̄ p̄be ad nos epistolam de exilio militis misisti ut solamen nostre calamitati affer res aliquod .egemus enim consolatione non parua. Nam sicut pre stantissimi patres inter uiles exulant homines. itaq̄ & ignari nr̄i q̄ similes quasi a patria fugati sunt cum cetui admiscent̄ p̄batissimo rum Id q̄ nobis accidit in sacrum collegium accersitis in quo treme tes uiuimus. Faxit deus ut si non implemus opiniones hominum. at saltem ne confundamus eos qui de nobis bona predicant. Viri prestantes & euo nostro singulares Nicolaus arcemboldus & scēa cortensis dum nos commendant faciunt magis quod se decet quam quod meremur Stephanus cacia nouariēn ad quem scribebas diem obiit. Nos loco suo tuas legimus litteras. Amauit te ille. & amat p culdubio in paradiso uiuens Non enim perit anima cum a corpor̄ abit neq̄ uiri boni & Stephano pares ad inferos migrāt dum fatis fungunt̄ sed recta uia celum petūt ei seruituri. eoq̄ fruituri a quo receperunt esse. ¶ Ex urbe .Romana die uicesimasecunda Octo bris. ¶ Anno domini. Millesimo quadringentesimo quinquagesi moseptimo.

ENeas cardinalis senensis. Nicolao arimboldo. S. p.d. Mil le annis si tacuisses nihil ad me aut de me scribens. Nihil tamen de nostro erga te amore diminuissemus. Neq̄ en̄ nos latet quocunque in statu simus nos caros esse & amatos i mēte

tua. Accepimus modo litteras tuas quibus amicum comariū nobis commendas Erit nobis cure causa sua. & intelliget si opus fuerit tu as commendationes sibi fuisse utiles. Hic cardinalatus quem sine ul lis meritis consecuti sumus. nulla in re nobis uoluptati est. nisi ut a liquando ꝑdesse possimus amicis nostris inter quos tua ꝑbitas pre cipuum habet locum. Tuū est igitur ut opera nostra confidenter utaris. Cupimus tibi consortiq; & liberis bene esse. Vale optime & nos quando facultas sese exhibet domino duci commendatos effice Ex roma die xxii. octobris. Anno millesimo quadringentesimoquī quagesimouii.

¶ Leodrisius Crebellus ad Eneam siluium Cardinalem senēn in epistolam Ioānis Chrisostomi prologus Incipit.

AD patrem reuerentia cultuq; digniſſimum dominū Eneā siluiū episcopum senēsem & sacrosce romane eccē presbi terum cardinalem benemeritissimum. Leodrisius crebel ius. S. p. d. Existimo digniſſime presul ingētē iam eē litterarū acer uum earum que ex omni ytalia germaniaq; & ab optimo quoq; ui ro studio congratulādi per hos mēses ad tuam dignitatem sunt con scripte. Et quāuis uirtutes alias. alia merita. spes etiā in futurū ube riores singillatim & facile & uere. ex magna copia ut cuiusq; aīmus tulit (&si non iisdē uerbis) annotauerit. eādem tamen seriē eandēq; uoluptatem uidere uideor omnes imitatos esse Quo numero cū & ipse fuerim ab āplitudine tua nō ab īgenio meo uires capiēs. statui impresentiaꝝ. nouo ac diuerso scemate felicitatē tibi tuā & dīne ma ieſtatis ꝓpiciū numē ante oculos ponere. Hec ē epistola ioānis chri sostomi qui cū ex pontificiali throno suo pulsus & exilio damnatus esset. aīciq; exide sui sueq; sanctitatis & eloquii diuini cultores mero re & cruciatibus afficerent ad ciriacū epūm exilio dānatū hāc epis tolā luctus & miseriarū primo. deide cōsolatōis plenā scripsit. Quā ego dū e greco latinā feciſſem statui prestātiſſime dignitati tue : ea

potissimū cā dare.ut intelligas quanto meliore conditiōe tecum di uina pietas agat.Illum enim uiꝝ sapiētia & sanctitate primarium. inimicoꝝ fraus potētiaqꝫ pessumdedit Tu ōniū aduersantiū inuidiā mirabili īgenio & uite cādore supasti. Ille ex patria crudeliter pul sus est. Tu a remotis regionibus quāuis ibi etiā feliciter degeres fe licius tamē ī patriā es reuocatus. Ille de throno suo electus ē tu ad maiorē sublimatus es Illius ruina suos omnes miserabili calamitate inuoluit.tua uero felicitas cum ceteris oībus amicis & cliētibus tuis tū mihi maxīe perennis leticie materiā prebuit.Itaqꝫ leges hec diui chrisostomi scripta nō ingratis oculis Sed ita tamē ut scribētis gra uitas interpretis nouitate nō ledat. Tuā uero reuerēdissimā pr̄nita tem diutissime bene ualere precibus precor. cuius grauissimi pre cōnes.nicolaus archēboldus & scena curtēsis nō in hoc clarissimo se natu tantū sed ī ōni ytalia primarii uiri sese eidē sūmo affectu cōmē dāt Mediolani xui.kal.septembris.

¶ Ioānis Chrisostomi Archiepī Cōstātinopolitāi ī exi lio cōstituti ad Cyriacū epūm & ipsū exulē Eplā e greco ī latinū traducta a leodrisio Crebello.

HGe rursus exhauriā merorē tui uultus & dissipabo cogita tōes q̄ hāc nubē efficiāt. Quid.n.ē qꝫ contristaris & meres quia grauis ē ꝓcella & acerbū naufragium quibus eccā p turbat. Hec & ego scio nec quisq̄ inficiabit. Sed si uelis haꝫ tibi re rum ymaginem fingam.mare cum uidet ab imo fundo uentis con uelli .nautas uero ipsos & clauis & remis manus genibus cōplicare & ꝑpter tempestatem desperatione deficere.non celum aspicientes non pelagus.non aridam.sed per transtra iacētes lamētari et flere. atqꝫ hec quidem in mari ꝓueniūt.Nunc autē in nr̄o mari peior tu multus peiores ēt fluctus sed tu roga dnūm nr̄m iesū xpūm q nō arte supat tēpestatē:sed spūscō ꝓcellā dissoluit Et q̄uis rogaueris ne qꝫ exauditus sis ne deficias aio Hmōi enī cōsuetudinē seruat benig nus deus.nec enī ille tres pueros liberare nō poterat ne in fornacē

ignis mitterent. sed cū captiui facti essent & in barbarorum regio
nē deportati. nudati insup pr̄na hereditate. & ab oībus derelicti. ni
hilq; eis reliquum supereſt. tū subito xpristus uerus deus repētino
miraculo dissipauit ignē. Cū enim sanctorum uirtutes ignis non p
ferret. exiliit foras. & quotquot circa fornacē inuenit caldeoꝝ assū
psit Eccā igitur illis fuit fornax. ipsi uero creaturam oēm īuocabāt
uisibiliaq; āgelos & potestates. atq; ita oīa colligētes dicebāt. Be
nedicite oīa opa domini dominū. Vides ut scōꝝ patiētia & ignē
& rorē mutauit & tyrānū cōuertit litteris enim in uniuersum orbē
dimisſis. magnus īquit deus sydrac misac & abdenago Quātā insup
quāq; acerbam penam imposuit si quis uerbum aduersus eos ꝓtulis
set. publicet eius domus omnisq; substantia diripiat. Ne igit deiec
to atq; pusillo animo esto. Nā & ego cū a ciuitate expellebar nihil
horum nō cogitabā sed mecum ipse dicebā Si quidem uoluerit ipe
ratrix me exilio dānare dānet. Domini ē terra & plenitudo eius.
si mediū secari uoluerit. secet. Isaiā habeo ī exēplū. Si ī pelagus me
ꝓiici iubeat. ionā reminiscor. Si me uelit in fornacem mitti. tres
pueros habeo hoc perpessos. Si me uult feris obiicere danielem in
fouea leonibus appositum recordor. Si me lapidare uoluerit lapida
bit. stephanus mecum est ꝓthomartir. Si caput auferre. auferat ha
beo iohannem baptistam. Si facultates arripere arripiat nudus. ex
iui de uentre matris mee & nudus reuertar. Hortat me apostolus
dicens Personam hominis deus non accipit. sed si hominibus place
rem xpristi seruus non essem. Armat me dauid inquiens. Loq̄bar ī
conspectu regum & non confundebar. Multa aduersum me con
finxerunt dicentes me in communionem quasdam accepisse postq̄
iam commediſſēt. Quod si quidem a me factum est deleatur nomē
meum de libro aplōrum. Neq; scribatur in libro fidei orthodoxe
Nā si huiusmodi quippiā a me factū sit eiiceret me xpristus de reg
no suo Si uero maxime hec dicētes contēdunt cōdemnēt & paulum

qui cena facta integram domum baptisauit Condēnēt & ipsū xpri
stum q̄ postq̄ cēasset aplis cōmūionē dedit. dicūt me cū muliere iacu
isse nudate corpus meū & īuenietis mēbrorum meorū mortificatio
nem. Veꝝ hec oīa liuore impulsi fecerunt. Tu āt ualde cōtristaris
ciriace frater ꝓpterea q̄ hi quibus auctoribus in exilium pulsi su
mus summa fiducia per forum ambulant stipati satellitū turba Ve
rū & tu rursus diuitē & lasarum memoria repete. utri eorū in presē
ti seculo afflictōes utri gaudia cōtigēt Quid illi nocuit pauptas nū
quid uelut athleta & uictor in sinu abrahe deportatus ē Quid autē
illi ꝓfuere diuicie in purpura & bisso superbiēti. ubi lictores. ubi sa
tellites ubi in aureis frenis equi. ubi pasiti & regalis mēsa Nunquid
tanq̄ latro ducebat ad monumentū nudā animā de mundo efferens
& exclamat inani uoce. Pater abrahā mitte lasarū ut irriget extre
mum digiti & refrigeret mihi linguā Vror. n. uehementer. Quid
patrem uocasabraham cuius uitā non es imitatus. Ille domus sue cū
ctis hoībus hospicium prebuit. tu autem nullius pauperis unq̄ curā
egisti. Non est q̄ lugeamus aut defleamus. Nam qui tātarum erat
diuiciarum dominus aque gutta dignus non fuit. Cum participem
miserarum non faceret pauperem. guttam aque nō recepit In hye
me nō semīauit misericordiā uenit estas & nō messuit Et hec dnī est
dispēsatio q̄ ex aduerso statuit pditiōem īpiis & iustis retributionē
ut sese respiciāt & inuicē cognoscāt Tūc &enim quilibet martir ꝓ
priū tyrannū cognoscet. & tyrannus ꝓprium martirem quē affli x
it. sed nequaquam hec mea uerba sūt Tu audi sapiētiam dicētem
Tūc in multa fiducia stabit iustus & in conspectu tribulantiū se
Quemadmodū enim uiator in estu perambulās sitiq̄ ardens si lim
pidissimum inuenerit fontem. & multa correptus fame si ad mensā
omnibus repletā cibariis consederit. ꝓhibeat ā āt a potētiore aliquo
mēsam attingere aut cibis uesci torq̄bit uehementi animi dolore. et
affliget quoniā iuxta fōtē cōsederit aq̄ usus neget. Sic ī die iudicii

uidebunt impii exultantes ſanctos a regalis autem menſe fruitione
arcebuntur & bona tantummodo uidentes eorum uſu carebunt.
Etenim cum uellet deus ulciſci adam. fecit e regione paradiſi terrā
ut per ſingulas horas ad illam reſpiciens optatam regionē unde exi
erat animi dolore torqueretur. Sic & nos hic inuicem non congre
dimur. Illic enim nullus nos a mutua conuerſatione prohibebit.
Videbimus āt illos qui nos in exilium dederūt quēadmodū lazarus
diuitem & martires tyrannos ſuos. Ne igit̄ deſperaueris ſed recor
dare ꝓphete dicētis. ſubſannationem hominum ne timueritis & eo
rū cōtēptu ne uincamini. Sicut. n. lana a tinea ſic corrodent̄ & tāq̄
ueſtis inueteraſcent. Animaduerte autē & ipſum dominū quēadmo
dū ſtatī ab īcunabulis perſecutōem patit̄ & ī barbarā terrā eiicit̄.
Is qui mundū cōtinet exemplū nobis factus ne moleſte aduerſa fera
mus. Memoria repete ſaluatoris paſſionem quāta opprobria ꝓpter
nos ſuſtinuit. Quidā. n. eum ſamaritanum uocabāt. quidā uero dēo
niacum & guloſum & pſeudo ꝓphetā Dicūt. n. Ecce homo edax &
uini potator qui in principe demoniorꝝ demonia eiicit. Quid autē
cū eum ad patibulum ducerent Quid etiā cum aceto & felle pota
rent eum Quid cum caput eius arundine ꝓcuterent. Quid inſuper
cum clamidem indurent & ſpinis eum coronarent & ꝓcidētes eum
illuderent. omnemq̄ in illū cōtumelie ſpēm exercētes Cūq̄ circum
ducerent illum ſanguinarii illi canes tunc cum nudus ad paſſiōis lo
cū conduceret̄. Cumq̄ illum omnes deſeruiſſent diſcipuli. & unus
quidem ipſum negauit. alius uero eum ꝓdidit. ceteri fuga ſeſe occul
tarent. Et ſolus ſtetit in medio turbe illius. Dies enim feſtus tunc
omnes congregauerat tanquam maleficium in medio ſceleratorum
eum crucifixerunt. ¶ Cumq̄ inſepultus penderet. non ante eum
a cruce depoſuerunt quam ipſum quidam expetiit quoniam ſepul
tura cum ceteris dignus non iudebatur. Cum tamen nullam in eū
culpam adinueniſſent Et dixerunt quod non reſurexit. ſed furati:

sunt eum discipuli eius. Recordare rursus et apostolos quēadmodū omnibus ex locis persecutiones patiebantur abscondebanturque p̄ ciuitates cum non possent in publicum p̄dire quēadmodū petrus apud symonen coriarium latuit. & paulus apud uēditricem purpu re mulierem. Nec enim diuitibus fidebant. Postmodum autem om nia plana facta sunt eis ¶ Tu quoque non tristeris Audiui enim & ego de illo delirante nectario. quem constituit imperatrix in thro no quod fratres & uirgines afflixit. qui communicare secum nolue rint. multi etiam eorum p̄pter me in carcere mortui sunt Etenim sub spē ouis. Lupus ille figuram ostendit episcopi Mechus autē existit. Sicut enim mulier adultera est que uiuēte marito alteri iū gitur. Sic & ipse adulter est non carnis sed spiritus. uiuente me eccē mee thronum inuasit. Hec enim tibi scripsi a syracuso cecilie ubi nos regina mandauit exulare. Multe uero tribulationes in uia no bis acciderunt. at nos nullius curam fecimus Cum autem uenisse mus in regionem capadocum & in thauro ceciliam. coree inquam nobis obuie fuerunt patrū sanctorū uiroꝝ. nec solū hi sed & multi tudines monachorum & uirginum immortales lacrimarum fontes effundentium Flebant cum uiderent nos exilium abeūtes dicebāt q̄ secum utilius solis radios obscurari q̄ a ioānis ore silentium agi. Hec me pturbauerunt et afflixerunt cum uiderem omnes flentes circa me qui cetera omnia paruifeceram. ¶ Valde autem benigne nos suscepit episcopus ciuitatis huius. multamq̄ in nos ca ritatē ostendit ut etiā si possibile esset thronum suū nobis concessis set nisi nos lege teneremur Obsecro et tua genua tangēdo obtestor abiice huius mestitie luctum p̄ nobis memoriam habens ad deum Vt et nobis scribas obsecramus.

103 103.

ENeas cardinalis senensis Pogio florentino. S.p.d. Rure datas pogi amantissime lr̄as tuas accepimus que nobis et:

iocunditati & uoluptati fuerũt Neq; enim est alius quisq; hominũ cuius scripta libentius q̃ tua legamus ¶ Est enim in eis & dicendi ornatus & sine quo sacrificium ueteres fieri noluerunt debiti sa lis condimentum. Gaudemus te bene ualere Et inter rusticandum philosophari. Vtinam & nos par uita teneret. Sunt qui egreferunt inter rusticos uitam agere ex quibus nihil queant discere. Nobis autem molestum est inter eos uersari quos nihil docere possumus. Tedet semp discere & magistri uoces omnibus horis auribus ĩculca ri nostris. Quod si alterum eligendum est auditores libentius quã doctores feremus. Nam si pueris molestum est sp audire quid senes agant Poeta insignis in opis sui inicio ¶ Semp ego ĩquit auditor tã tum nunq̃ ne reponam uexatus totiens rauci theseide codri. Mul ti sunt hodie & codri & trasones quis audire inuite cogimur & ni hil discentes discere. Nos igitur te felicem dicimus qui apud eos e uum traducis qui te plane sapientem fatentur & audiunt pcupide. Quamuis alio in loco fueris idem tibi accidat necesse est. cuius etiã apud patres nostros nomen laudatissimum fuit Ad oblatões tuas ni hil modo respondemus. Cum prioribus litteris & quo te loco habe amus & quales erga te sumus abũde a nobis scriptum fuerit Credi mus te arbitrari nos & tibi & tuis esse deditissimos. q̃ si eo es animo nihil falleris. Nos oĩa de te nobis persuademus Vale. Ex urbe xu. kal. decembris.. An. M. cccc. lui.

ENeas cardinalis senẽn. Ioãni cardĩali sci ãgeli. S. p. d. Ex buda itez lr̃as tuas accepi p̃ colẽdissime. Ex quibus didi ci nõ cõpto cõuẽtu apud australes reges dignatiõem tuã cũ laurinũ uenisset retrocessisse. Nõ ẽ mihi dubiũ quodcũq; facis optio cõsilio fieri Turbiẽs illaz partiũ nõdũ esse sedatos: & publi ca & priuata cã molestе fero Sed nouit deus (sine cuius nutu nihil a git) qd rei xpriane expediat. qd redeas in germaniã pragãq; peto & ꝓbo & laudo ¶ Quod times in re bohemica. credito nihil ego

temptabo. ſileo & ſilebo quãdiu uolueris non tamen adolabor Non ſum in opinione tua ut ſcandaliſari teuthones illa in re putẽ Sed q̃ uis mihi non perſuadeas Non tamen plus mihi quam tibi credo. Cedo & captiuo ingenium meum. & ubi non eſt ratio. auctoritati conſentio Illud tamen uaticinor. Nunquam uel tua dignatio uel mea paruitas. bohemiam ex integro apoſtolice ſedi unitam uidebit Atq̃ ego utinam fallax ſim uates & ĩueniar in hac ꝓphecia ignauus De rebus noſtris nihil eſt quod ſcribã memoratu dignum. Vrſini cum comite euerſo ſicut heri & nudiuſtertius bello ſeſe agitant Concordia ſepe queſita nunq̃ inuenta eſt Cardinalis eius familie abeſt neq̃ ſe tutum rome arbitrat. Apoſtolica pietas eo eſt uultu quo fuit dum abiiſti Prefectus urbis e grauiſſima febre cõualuit. Piccininus e regno neapolitano cum copiis ſuis in agrum piccininum ꝓfectus ſigiſmundo malateſte bellum intulit. caſtellaq̃ non nulla ei ademit. Genuenſes a regis claſſe admodum opprimuntur. Legatus marcie indies expectat cancellariam ĩtraturus. Que ſcribam non habeo plura Commendo me reuerẽdiſſime dignatõi tue rogans ut ſi regem hũgarie adeas Apud eum cauſam eccleſie mee uariniẽ adiuuas Nam is cum rege polonie plurimũ põt.

DOgius florentinus Enee cardinali ſenenſi .S.p.d. Cum q̃ rerem aliquod epiſtole argumẽtum pr̃ & domine mi reuerẽdiſſime nihil ſane occurrebat quod aut mea ſcribere aut tua ſcire maxĩe intereſt. Et tamen cũ ſcribere cupiam. recurram ad aliud qd̃ teipſum credere arbitror. me penitus tuũ eſſe tibiq̃ ſatiſfaciendi cupidũ ſi qua in re mea tibi cura ſtudio opere diligẽtia opus eſſet. quãuis hec mea pollicitatio inanis eſſe uidet. cum rure habitẽ ubi nec mihi qdẽ uideor ſatiſfacere poſſe. nedũ aliis meã operã pollicerí Receſſi iã dudum cum familia ab urbe. declinãdi morbi gratia Vbi ſuffultus libris ĩter hos ruſticos aliqd mihi ſape uideor legens tamẽ ſepius mitigo ſolitudinẽ q̃ hoc tpe uidet eẽ ſalubris. ſed legẽdo (aſſequor

ut minime uidear esse solus sed in prestantissimorum uirorum cetu quorum uocibus melior fio. & ab inani appetitu remotior. Verū quod ī primis scribi oportuit postremum erit. ago tibi gratias quā tas possum maximas ꝑ litteris quibus mee epistole tam elegāter tā humaniter tam amice respondisti atq; adeo suauiter & beniuole ut ne filio quidem parens aliquis tanta caritate ac beniuolentia scribē potuisset Hec scripsi paucis tecum loquendi materiam querēs. Ne forte mea taciturnitate antique me beniuolentie obliuiscaris. Vale diu & felix & me ut soles ama Die tertia Nouēbris rure.

ENeas cardinalis senēn. Frederico imperatori. S. p. d. Ac cepi litteras a bartholomeo canonico uariniēn ꝓcuratore meo: qui scribit mihi se circa negocium meum benignissi mum & humanissimum habuisse respōsum. Nam ut retulit sibi hē ricus rider: tua maiestas litteras requisitas ad sereniſſimum regē po lonie mei causa scribi iussit Fecit tua clementia ut cōsueuit erga me seruulum suum cuius auxilio atq; fauore ad cardinalatum eleuatus sum. Sed seruauit etiā suam in me consuetudinem cancellarius ulri cus qui rogatus & interpellatus multis uicibus quas iussus erat litte ras expedire contempsit Expectauit ꝓcurator meus sex diebus & tandem sine litteris tue maiestatis recessit. Ob quā rem negociū me um magnum patiet̄ detrimentum cum uidebor tuo fauore priua tus Nescio cur me ille adeo persequatur Nam si ego illam eccleſiā non obtinuero non tamen aliquis amicus suus eā adipiscet̄ Suppli co igitur ut tua clementia per aliam cancellariam litteras requisitas expediri iubeat Et deinceps si quid occurrat mea causa scribēdum in cancellaria austrie dignet̄ māsuetudo tua id committere expediē dum Nam ego ulrici gratiam inuenire non possum nescio sua an mea culpa. Ego his diebus suum consanguineum apud pontificem maximum adiuui & cum illi deesset pecunia ī domo mea alui donec expediret̄. Deus sibi meliorem mentem prebeat Noua istarū ꝓtiū

hec sunt. Vrsini & comes euersus adhuc bello se uexãt. Comes Iacobus piccininus sigismundum maletestam armis lacessit. rex arago nũ genuẽses classe premit & ĩ riparia genue plura oppida ui & tractatu cepit. Papa sospes est & in rẽ contra turchum feruentior ĩdies assurgit Ex oriente certum ẽ nuncium allatum turchos apud mitelenam bello uictos fugatosq; esse Alia non occurrunt Facio me commendatũ sublimitati tue ad eius semper mandata paratum. Ex urbe xxii. decembris. Anno Millesimo cccc. lui.

ENeas cardinalis senensis. Ioãni nihili. S. p. d. Accepimus litteras. quibus rogas prepositurã brumẽn tibi ipetremus Voluissemus nõ preuẽtam amicitiã tuã. Feciss̃emus ꝑ te q̃ nr̃e uires potuissent Nam te sincere amamus & fr̃is habemus loco Sed iã circiter menses tres elapsi sunt q̃ dominus uicesslaus bohemus. cũ hic eẽt orator dominorum de rosis eã in nr̃a presentia a domino nr̃o petiuit. & papa nobis cõmisit ut adueniẽte tpe sibi ad mẽtem deduceremus Itaq; non poteramus fidẽ non seruare. Heri ea prepositura uicesslao collata ẽ quãuis maiestas regia reseruari illam postulato cupet. Rogamus igitur ut equo animo feras quod factũ est Nos deinceps curabimus ꝑ uiribus tue uoluntati morẽ gerere. Si quid occurrat i quo possimus tibi adiumento esse Nã certe anxii sumus ꝑ tua uirtute tibi nõ eẽ ꝑpuisum Si obtineremus uariniẽn eccl̃am ibi aliq̃d pigue tibi cõcederemus. Sed res lõga ẽ atq; ꝑplexa Agimus tibi gr̃as q̃ nouitates illaꝝ ptiũ nobis sepe numero scribis Idq; ut sedulo facias rogamus Datũ Rome xxii. die nouẽbris. Anno. M:cccc. lui.

ENeas cardinalis senẽn. Ioãni inderbachio. S. p. d. Accepimus ex l̃r̃is Bartholomei canonici uariniẽn procuratoris nr̃i l̃r̃as ĩ cã nr̃a petitas. q̃uis a cesarea maiestate concessas nõ tamẽ obtẽtas fuisse. quoniã cãcellarius eas expedire suo mõ neglexisset. Ob quã cãm bartholomeus q̃uis sex diebus expectasset sine

illis receſſit Et licet artongus illas ad nouã ciuitatem deferre debui
ſſet nihil tamẽ factũ ẽ Nõ miramur de cancellario . Ille enim erga
nos ſeruat ſuã conſuetudinẽ. Sed miramur te paſſurum eſſe res no
ſtras ĩ manus illius peruenisſe qui noſti & nos & illum Poteras in
ſuper cũ eius ꝑcraſtiationẽ uidebas ceſarẽ accedere & rei nr̃e alio
modo cõſuleꝛ̃.nos hic nullam hẽmus curã aliã q̃ ceſari et ſuis morẽ
gerere et ſcimus id nos obnoxios facere nec ceſſabimus uita comite
Equũ tamẽ putamns aliter nos in curia ceſaẽa tractari Et cũ nõ du
bitemus pr̃icipis grãm nos hr̃e nõ poſſumus nõ uehemẽter admiã
ri rẽ ita nr̃am eẽ neglectã.cetez̃cũ preterita r̃prehẽdi facilius q̃ cor
rigi queãt Rogamus deiceps nõ patiaris qd̃ nos tãgit ad imperialẽ
deferri cãcellariã & cũ nos hic ur̃i ſimus uos illic nõ ſitis nobis aliẽi
Si uidet aliqua uia ꝙ adhuc lr̃e mitti ad regẽ polonie poſſit.facito
qd̃ amico credis eẽ utile & purga morã Vale ex roma die xxii octo
bris. Anno milleſimo.cccc.luii

ENeas cardalis ſenẽn Vlrico ricer S p d Lr̃e ceſaree ad re
gẽ polonie nr̃i cã ſcribẽde ut ex bartholomeo ſumus edoc
ti q̃uis a ceſare cõceſſi benigne.obtinere nõ potuerũt Neſ
cimus an uel ulrici culpa renuit expeditionẽ an tua qui hõi nobis
paz̃ aice expeditionẽ cõmiſiſti Nos certe nõ ſine grãdi dãno fruſtra
ti ſumus Si qd̃ a nobis ẽ ꝑpter qd̃ ita debeamus ĩ curia ur̃a tractãi
rogamus nos cerciores efficias Etſi peccatũ nr̃m ẽ id emẽdabimus
Nos certe q a ceſare ueniũt ſũma eos diligentia ꝑſequimur.ac non
ſolũ uerbis ſed eciã pecuniis adiuuamus uelit deiceps tua aicicia ne
gocia que nos concernũt ad aliã deferre cãcellariã ubi amicos habe
mus Et lr̃as nr̃as ceſareo culmini legito Dat.ro.xxii.nouẽbr̃. M.
cccc.luii.

ENeas cardĩalis ſenẽn Vlrico epõ gurgẽn. S.p.d. Gaude
mus de reditu tuo & ꝙ maluiſti magnã pecuniã q̃ corpus
negligere Si potuiſſemus tibi eẽ adiumẽto id quidẽ cupiẽ
egiſſemus neq̃ negleximus qd̃ ĩ nobis fuit q̃uis ꝑfuit nihil Ita nũc

se res habēt. neq; humana neq; diuina iura pōdus habēt. Sed puta mus adhuc illum daturū penas qui tantū admisit scelus Nūc quod scribamus nō ē aliud. nisi q; tecū cōquerimur nō potuisse nos i cu ria cesarea litteras obtinuisse ad regē polonie commēdatiuas Quod quidē nō de cesare dicimus nam sua māsuetudo benigne annuit lit teras scribi debere. Sed cācellaria impedimēto fuit Cuius rector ꝑ crastinādo negauit expeditōem & ꝑcurator nr̄ delusus abiit non si ne dāno magno nr̄o. q litteras cesareas nobis admodū ꝑfuturas ar bitramur Rogamus te ut cesareo culmini exponere uelis. Etsi quis est ꝑuidēdi modus rei mee cōsulito. Ex ro. die xxii nouēbris.

ENeas cardinalis senēn. Frācisco philepho. S. p. d. Lr̄as tu as frācisce amātissime & qdē suauissimas accepimus medio lani ad uiii. kal. nouēbris scriptas. Cūq; his dulce carmen sale cōditū otpinio Priores quoq; nobis reddite fuerāt & uersus ipa res ex officina tua periocūdi tersiq;. qbus iā pridē respōdimus. Nūc pauca ad noua scripta dicemus Ioānes papa tercius & xx. cū plus equo laudaret. scio iqt me ludi. sed flā quoq; laus me delectat Idē & nos dixerimus. nō sūt nr̄e q̄s nobis attribuis laudes. Scimus quo pe de claudicamus. quē dolemus dētē Laudari tamē flō q̄ uero uitupe rari malimus. Tibi gr̄as hēmus q nos immortales facis Libr̄ tuum iā dudū i cathaloniā abiisse putamus. Nihil ē qđ de illo spes Vacua bibliotheca ē. preter uerbosas leges nihil hēt. zenofōtē filiū tuum optimū adolescētē & tuis imbutū disciplinis i familiā nr̄am recepis semus & sui & tui cā libēter si facultates nr̄e tulissent Sed nō sūt opes nr̄e q lōgū ferāt famulor̄ ordinē & curiā splēdidā Viuimus tenui mēsa & iter ultimos haberi cardīales satis eē putamus. Vale & nos perge amare. quādoqdē id reciprocū sit Ex urbe ro. uii. kal. decēbris An. Millesimo cccc. lxii.

ENeas cardinalis senensis. Henrico seufleben. S. p. d. Neg̃. ligēter factū ē ꝙ lr̄e ipiales nō sunt hīte Ita illi amici sunt

nos aliter cū eis agimus Curandū ē ne desint Fortasse ita placet deo regi tamē sumus obnoxii. Scimus imperatorem nō eē in culpa cu ius benignitatem expti sumus. ulrici ea. malignitas ē. Cura expe diende rei tua ē. Quodcūq; mandatū ꝓcuratoribus nr̄is dederis. id uolumus ratū eē Credimus tamen necesse erit: paulum eo ꝓficisci alioquī paꝝ spamus cū te huc reditur audiamus. Alia que mō scri bamus nō occurrūt. ytalia ita se habet sicut heri & nudiustertius. nepos pape adhuc egrotat & putat euasurus Legatus ex marchia ꝓpediē rediturus expectat Vale optime ex urbe romana die xxii nouembris.

ENeas cardalis senēn Vuenceslao bohemio .S.p.d. Seruauimus qđ ꝓmisimus & annuēte deo satisfecimus tue uolū tati Prepositurā brumēn consecutus es & munere apostolico & nr̄a potissimū solicitudine qui iuuāte reuerēdissimo domīo romthomagēsi cardinalē papiēn alteri cōsulētē uicimus Tuum nūc ē ut possessionē assequi studeas & ꝑ nobis in eccā uarmiēn tuas operas impertiaris. īqua re noue indies difficultates emergūt. Faciūt domini de rosis rē nobis gratissimam si hac de cā ad regē polonie te miserint Vale ex urbe romana octauo kalendas decembris.

ENeas cardīalis senēn Latino cardinali de ursinis. S.p.d. Quāuis non scripsi actenus p̄nitati tue nō tamen minus illi & deditus & affectus fui. Sed cām mee taciturnitatis tua singularis prudētia per sese optime nouit Non sunt ea tpa que missitatōes lr̄aꝝ exposcāt Nec uidi meis litteris aliqđ afferri posse presidium rebus tuis qđ si uidissem ēt cū piculo scripsissem. Ita enī dignatio tua de me merita ē. Nūc uero taceo & simul supos oro ut finē aliquādo tuis tēpestatibus tribuāt & reddāt nobis personā tuā q̄ non sine īcommodo sacrum collegiū caret. Nouitates nullas hēo scribēdas quas non putē dignatōi tue notas nisi forte germanicas sed īpliciti bello ꝓprio hoies non solēt externa curare. Hec scripsi

ne perpetuū ſilētiū meū accuſares quāuis ſcio tuā circūſpectionem ita me ſuū ſeruitorē amare ut nihil in ſiniſtrā partē recipiat Com mēdo me itez atq; itez pr̄nitati tue ad eius mādata paratiſſimum. Ex urbe die xxui menſis nouēbris. An. Milleſimo cccc. lui.

119.

ENeas cardinalis ſenēn. Theodrico Archiepō Colonienſi .S.p.d. Ex lr̄is quas mihi quaſq; ſanctiſſimo domino nr̄o ſcripſiſti. ſerenitatē tuā erga ſcām romanā primāq; ſedem plane cognoui neq; ābigo ubi tua dignatio ſit ibi nihil cōcludi poſ ſe non iuſtū ſctūmq; Ago gratias benignitati tue q̄ palā mihi dig nata ē apire qđ ſētit Vez qa certificatus eſt dominus nr̄ in cōuen tionibus que in germania fiūt aliqua tractari que hāc ſedē concer nunt Oro ne tua circūſpectio his aures adhibeat qui nouitates effi cere cupiūt ut uel ſic emergāt Nāq; ſi romane ſedis auctoritas de primeret. credito quia nec tua nec aliorū epiſcopoz ſalua manebit. Audito tamē q̄ cōſulis ut hic quoq; ea reformēt q̄ odiū tue natōis pariūt. & ego ſi mea uox audiet ad id operam dabo. Nā & hic aliq̄ committūt q̄ nō laudo oia. Vez illud ſalubre puto ut ſup grauami nibus q̄ uŕi allegāt ad romanū pōtificē recurſus hēat q nō negabit aſſēſū iuſta petētibus. mihi ea cura ē ut ea ſpagā q̄ natōi tue de q̄ quo dāmō unum me puto & honori & utilitati ſint In rebus āt que tue ꝓprie ſunt ita me hēo & hēbo quoad uixerim tanq̄ mee ſint. Scio enī quātū dignatōi tue dēo cuius hūanitas multis me affecit benefi ciis Ceterum quia prepoſitura ſantenſis que nunc mihi commēda ta eſt in dioceſi ac dominiis tuis ſita eſt. placeat patētibus litteris mā dare ut officialibus meis quatenus conſuetum eſt abſq; controuer ſia pareant. ita ut gaudeat ea dignitas ſe mihi commiſſam eſſe. Et cardinalem ſenenſem apud preſulē colonien intelligat non eſſe i ul timo loco. Nec alia modo Commendo me tibi ex romana urbe q̄r to nonas decembris. An. M. cccc. luii.

ENeas cardinalis senensis Vlrico episcopo gurgēn. S. p. d. Susceptis lr̄is tuis uocauimus ad nos eueſtigio ꝓcuratorē herfordēſiū cum quo plura locuti ſumus Illud ab eo tādē obtinuimus ut in cā illa teſtamentaria non ꝓcedat nobis inſciis. Et putamus eū quieturū iuxta deſiderium tuū donec adueniat nr̄ ſeu fleben. Eſt. n. hic ꝓcurator uir bonus & ifortunio tuo cōpatit. So lum timet ne principales ſui eū tergiuerſari ſuſpicent Nec alia mō Rogamus ut nos maieſtati ceſaree cōmēdes & nos i gratia eius reti neas quia ipſe eſt cui pre ceteris qui uiuunt obligati ſumus Diſpli cet nobis nō habuiſſe nos illā fortunā ut ꝓ nobis ceſarea maieſtas r̄ gi polonie ſcripſerit in cā uarmiēn eccē. Fecit hec uetus ulrici con ſuetudo qui gratiā ceſaris nobis impediuit Id nobis eſt non damno ſolū ſed ēt ifamie Nā qui nos annis xu. ſeruiſſe ceſari ſciūt noſtram paruifaciūt exiſtiatōem. cū lr̄as cōmēditicias ex curia eius obtinere nequiuerimus Deīde rogamus aliter agat nobiſcū qui dies noctes ꝙ ceſari ſeruire & ſuis curialibus morē gerere ſtudemus. Vale opti me Ex ro. die ui. nouēbris. Anno milleſimo. cccc. luii

ENeas cardīalis ſenēn Ioāni frunt. S. p. d. Affecerunt nos littere tue non paruo gaudio uir preſtans & amice ſingu laris quādo nude ſcribis & interna animi tui pandis. Credimus te uti nō iſulſo cōſilioſi cū neqas cōtinere: coniugū q̄r̄s quāuis id prius cogitādū fuerat antequā iniciareris ſacris ordinibus Sed nō ſumus dii oēs qui futura ꝓſpicere ualeamus Quando huc uētum eſt ut legi carnis reſiſtere nequeas. melius eſt nubere q̄ uri non tamē hec pōtificis ſentētia ut diſpēſandū cenſeat. ſtat in ſua ſe renitate. nec putat uni concedendum quod multos. in noxiū uertat malum Et unum pati ꝓ multis non incōueniens arbitrat Expecta dus ē ergo ut tute agas alterius apoſtolatus qui mitior ſit Neſcimus tamē an uita tā diu comes erit. Nā ſepius agni premoriūt ouibus. Tu quā de nobis geris opīonē ut deponas rogamus neꝙ nos hi ſu

mus quos arbitraris. Vtinã ita uiuamus ne cardinalatũ ĩdigne uide amur adepti. Cupimus nos sepe reuerẽdissio patri domino nr̃o co lonjẽsi facias comẽdatos cuius uitã diuturnã cupimus et sue digna tioni rẽ gratã facere optamus Preposito ſãcti florini et tilmãno ut nos offeras petimus quos inter amicos obseruamus Nec secus de Iohãne polart dicimus. Sumus enĩ oĩbus obligati Vale et ꝑcurato res nostros ut aliqd cõseq̃mur adiuua Datũ rome die. uii. decẽbris. Anno M:cccc.luii.

ENeas cardinalis senensis . Iohãni zolnar. S. p d. Que scri bis oĩa cũ uoluptate legimus aduertentes q̃ nos animi ſice ritate et amore prosequaris. Tua nobis et fides et ꝓuiden tia magno emolimẽto est. circa rem prepositure expectamus deca nũ ꝓcuratorem. Sed ille fortasse ideo tardior ẽ quia sperat nouis q̃ cudluntur legibus sese magnũ fieri ¶ Vtinam magnus sit cum rei publice utilitate xpristiane Intelligimus eccãm quã nobis ꝓ prepo situra dimittẽ intẽdit domũ habere ruinosã quã palatinus comes ecclesie sumptibus reparari uult. Quod si forte r̃dditus pluriũ ãno rum in eam cõferant id nobis eẽt onerosum Rogamus igit attẽte ista penses & cuncta nobis rescribas Pro eccĩa collegiata ĩpetraui mus septem ãnorũ indulgẽtias plures obtinere ne quimus. et illas ad. x. ãnos duraturas Si uolũt expedire poterunt hi quibus ea cura cõmissa est Nos que possumus cũ honestate pro eccĩa uarimẽsi effi cere uolũtarii sumus Cõmenda nos episcopo & decano ac iohanni de batheſtein amicis optimis Ft uale in domino sp Fx roma die sep tima septembris. M. cccc. luii.

ENeas cardĩalis senẽn Iohanni cardinali sancti angeli . S. p .d. Accepi ex laurino litteras tuas Scripsisti nos hic omĩa bene agere Putaui id yronice dictum esse nũc yroniã oẽm abfuisse Cõtẽdis Cedo uĩcentiq̃ do manũ De re altera bohemica nõ est q̃ mõ disputemus. libris non litteris eẽ agẽda et tãdem sua cuiq̃ snĩa remaneret Vellẽ dignatio tua in germania potius q̃ ĩ hũgaria dege

ret Idq; putarē utilius Res ꝓnitioſe agitāt. qui cōtra nos ſunt galli
canā appetunt ſanctionē. qui nobiſcū ſentiūt papatū ex apoſtolica
ſede requirūt Tua prudētia multum utilis ē ad obuiādū priuſq; uul
nus īfligat. Sunt quidā de hic ſtātibus qui ſe omnia uno uerbo mo
dificaturos aiūt: ſi cum imperio ad ꝓtes illas emitterēt. Sed ita ē hu
mana conditio omnes pluris apud noſipſos q̄ apud alios ſumus. Cū
uerba fiūt de tua ꝓuiſiōe apud pontificem maximum abunde ſe
ſua ſanctitas tue dignationi neceſſaria miniſtrare affirmat. De be
neficiis hiſpanicis ſcis nō dubito meā uocem eē tenuiſſimam q̄ nec
ſenēſia impetrare ualeo Noua ſūt apud nos ſicut heri & nudiuſter
tius Rex aragonum claſſe ingēti liguribus minat. & tuſcos territat
Iacobus piccininus obſidionē tenere fert. contra ꝓgulā ſigiſmundi
oppidum Sed metus ē maximus ne ſigiſmūdus & ipſe ſimul cōueni
entes iuſſu regis cōtra ſenam ꝓficiſcāt. diuiſionibus laborātem Nā
finito octobri non ē iacobus amplius ſenenſibus obligatus. Nec a
lia modo Cōmendo me reuerendiſſime paternitati tue ad eius man
data paratum Ex ro. die. ii. nouēbris. Anno. M. cccc. luii.

ENeas cardinalis ſenēſis Procopio rabeſtein. S. p. d. Preſūp
tio noſtra fortaſſe eſt q̄ tibi ī patria iter nccārios iter dul
ces amicos cōſtituto lr̄as dātes ab illis te uertere adſcripta
nr̄a cōfidimus Sed nos ſumus ēt amici & timemus ne inter delicias
tuas obliuioni demur quod ſi preſumimus nimis preſumptionē ca
ritas peperit Tibi certe nō erit facultas quin uiſo epigramate nr̄o
ad interiora trāſeas inquirēda Scis. n. quia non fruſtra ſolemus ſcri
bere Sed quid ē dicis Magnū ē Scis quāto labore concluſionē in re
bohemica deduximus. Scis quot ſint ꝑduerſantes & magni & rubri
capitis Nūc tēpus eſt neruos itendas tuos & operam naues dū rex
apud te eſt. cudito ferrū dum calet & nobis q̄ celerrime ſcribito q̄
nunq̄ in facto illo deerimus Neſcimus an cardinalis ſancti āgeli pr̄
optimus ad te uēturus ſit quēadmodūm papa ſibi mādauit. credere

mus dignatõem tuã utilem eẽ ĩ tãto cõuẽtu qđ deus cõcedat Roga
mus te ut ĩ cã uariniẽn eos fauores nobis prebeas quos ſperamus.
Nã luko tibi notus nobis aduerſat᷑ & hẽt fauorẽ regis polonie.ita
lia ſatis qeſcit.Sed metus maximus ẽ ne finito mẽſe octobri.rex ara
gonũ etruriã infeſtis ſignis terra mariq̃ petat.Nã & claſſẽ hẽt ĩgẽ
tẽ.& iacobũ piccininũ cũ exercitu miſit ĩ marchiã Deus meliora p
mittat In cã olonunrenſi faciemus cõtẽplatõe tui q̃cũq̃ poterimus
Tu ãt deiceps curato ut lr̃e regie ad papã dirigẽde ĩ cãis epiſcopali
bus ad nos trãſmittãt᷑:Et ſic poterimus magis prodeſſe Nã cẽ illis
cõmitti ſolẽt q lr̃as regias preſẽtãt & ita nũc fcũm ẽ cũ dnũs papi
ẽn illas hũiſſet Expedit igit᷑ poſt hec cõſiderare q ſit illi qbus lr̃e
cõmittũt᷑ afferẽde.Cupimus ut nos maieſtati regie & magnifico gu
bernatori ſepius cõmẽdes.uale optie ex ro die ii.decẽb.m.cccc.lui.

Aeneas cardialis ſenẽn.Hẽrico ſeuflebẽ.S.p.d.lr̃e tue xxuii
ſeptẽbris ſcripte hodie nobis reddite ſunt.Cognouimus
rerum geſtaꝝ apud uos ordinem Omnia placẽt preterq̃
diſcordia q̃ pr̃icipes exagitat Sed poſt bellũ erit aliquãdo paci locus
Rouarella ſi cõmẽdauit aĩcum non miramur.ambo gallizãt. ardet
homo incredibili deſiderio ut teuthonicus uideat᷑. & teuthõice rec
tor Rex ſi ſapiat his utet᷑ cum quibus ſalis comedit modiũ Cardina
lem ſancti angeli ꝑbatiſſimũ pr̃em cupimus albaniã reuiſere & cõ
ſulere rebus agẽdis.mitto ſibi lr̃as aplr̃icas ſuꝑ facto uariniẽn eccliẽ
in fauorẽ nr̃m & contra lutikonẽ curato ut ſibi q̃ celerrime tradã
t᷑.ne nr̃i ꝓcuratores impediãt᷑ circa poſſeſſionem ſi quis per mẽda
tia regẽ detineret.ſcribẽdoqꝑpapa ſpẽ daret ꝑ lutikone.cõmẽdamus
tibi paulũ legendorf ut iuues eum in adipiſcenda poſſeſſione deca
natus glogonie maioris quem ſibi conferri fecimus. bonus uir.ẽ &
omni fauore dignus.Si placuiſſet tibi olomunzẽn eccleſia.Idq̃ tuis
litteris itelleXiſſemus omiſiſſemus ad honorem tuum ꝓcurandũ ſed
uiſum ẽ reuerẽtiã tuã nõ habere in ea re animũ.ideo ſuꝑſedimus ne
credẽtes placere diſpliceremus.Hic nõ ſũt noua memoratu gdiua

niſi q̄ piccininus iā eſt in marchia & obſidet locū cui nomē ē ꝑgula ſigiſmundi maleteſte Prefectus urbis egrotat ſed conualiturus cre ditur Vale optie ex urbe ro. die. ii. nouēbris Anno M. cccc. luii.

ENeas cardinalis ſenēn. Iohāi rhodo ſecretario regio S p d Facis ꝑbe q̄ ad nos ſepe ſcribis Oſtēdis eī te nr̄i amicū. & uoluptate nos afficis ornatiſſīo dicēdi genere Regiam maieſtatē nihil credimus nō iuſte nō prudēter ager̄ Tum quia ſua natura ī bonū fertur Tū quia ſtipatus ē cōſiliariis optimis. Cupi mus eius nupcias fauſtas eē & orbi futuras quales ſperāt̄ Cōmen daſſe rouarellā ī ſuo r̄ceſſu hoiem de quo ſcribis nihil miramur. am bo pariſius ſtuduer̄. ābo galliſāt. ſed maior ille rectorē ſe germanie & patrē regis uideri uult Regia ueō maieſtas ſi more patrio utet̄ il lis ſe cerdet quibus cū ſalis modiū edidit & aīcicias ueteres prepoēt nouis. Gaudemus te cōſecutū eē beneficiū & iā denīq̄ obligatū eccīe uidebimus te ꝑculdubio magnū ſi uixerimus Es eī apud eū regē q̄ tue uirtuti debita nō denegabit premia. tātū perge ut cepiſti et op tīo r̄gis latere nūq̄ diſcedito Cui ſi nos aliquādo cōmēdaueris facies q̄d de tua erga nos caritate nō dubitamus Datū die iii nouembris Anno. M cccc luii.

ENeas cardinalis ſenēn. Nicolao liſtio Salutem plurimam dicit Credimus te miro perfrui gaudio in bohemiam re uerſum Rogamus ne diuicie pragenſes memoriam tibi no ſtri auferant. ſed cures pocius quō res īchoata cōcordie ſuū teneat curſum et nobis reſcribas perſepe Cauſam quoque uariniēn eccle ſie tanquam tuam tibi commendamus neque enim nobis ſine te fru gifera erit ſtude ut frequētibus lr̄is ex curia regis ꝑcuratores nr̄i ad poſſeſſionē capiēdā miſſi iuuamē hēant & cōfūdāt̄ tuo p̄ocinio q̄ nobis aduerſi ſūt uidebis q̄ ſcribimus magnifico cācellario Cura ita fieri ut cupimus ne plus apud regē uideāt̄ ualere q̄ iuniores ſūt i eius gr̄a Credimus te plane intelligere q̄ dicimus. Nr̄a ytalia nūc

(qeſcit. ſoli genuēſes cū rege

aragonū lires habent & sigismūdus maletesta cōtra quē missus ē ia cobus piccininus sed magnus timor ē ne sigismundus ipse cū comi te iacobo cōueniēs aduersus etruscos nr̄os incendiū uertat & regia classis thelamonem aggrediat. Nā id iā hoies augurari uidēt. Ce tera apud nos quiescunt. Vale optime et serenitati regie simulq; gubernatorinos aliquando commenda. Ex Roma.

128.

ENeas cardialis senēn. Vlrico rider. S.p.d. Miramur non esse reuersū eū cui mutuas dedimus pecunias. cū in causa lauriniēn ab impatoria maiestate fuisset missus Si quid de eo audiueris uelis ꝓcurare ut nobis fiat satisfactio De tua dispēsati one faciemus cū domio correctore q̄tū erit nobis possibile qa cogno scimus nos eē obligatos i oibus morē gerere uolūtati tue q̄tū facul tas adest Fuisset tamē nccē ut alias cū de prioribus dispēsationibus noticiā nō habeamus In cā uariniēn credimus iā te expediuisse nū cium nr̄m si quid fiēdum deinceps ē. causam illā amicitie tue cōmē damus Gaudemus reuerēdum p̄rem dominum burcēn libertati re stitum eē Sed dolemus graui eū pecunia mulctatum. sue sapiētie fu it equo animo tolerare huius mūdi consuetudinē in qno nihil ē cer ti Cupimus tandē pacē eē inter cesarē & regē quā deus ipse largi at. Nos hic alia non habemus noua. nisi ꝙ rex aragonum comitem iacobū piccininum contra sigismundum maletestam misit. sed mul torum opinio est illos duos duces inter se concordiā habituros. iun ctis uiribus cōtra senam ituros Nescimus de futuris iudicare. Cla sis magna regis tyrenum nauigat equor & dum genuensibus mina tur. genuēn & florentinos simul territat. Reliqua omnia quiescunt Hec imperatorie maiestati significare poteris. Nosq; sibi Commē dare ad eius semper mandata paratum. Datum Rome secunda Nouembris Anno domini. Millesimo quadringentesimo quinqua gesimoseptimo.

de busco quē nosti. uocabimus eū & uolūtatē summi pōtificis notā sibi fecimus Is parituꝝ se ait. ubi cōstiterit illū cōtra cōcordata uel ex ari & nūc id discutit. quātū nr̄e facultatis erit nō uiolabit concor dia natōis ꝑ cuius hōre sp pugnabimus Per uigandū secretariū mo guntini misimus tibi alphabetū & nūc duplicamus si forsitā illud nō recepisti. poteris scribere mētis tue cōceptū. & cōsulere. eccē necessitati Notū est nobis acumē ingenii tui multūqꝫ tuo iudicio deferi mus Labore tuo nr̄oqꝫ quietē cōsecuta ē eccā nr̄is diebus apd̄ ger manos faxit deus ne lacerari uideamus qd̄ aliquādo resarciuimus: Multa rumor affert. & germanos fieri gallos imitatōe cōtēdit No bis illa uia salubrior eē uidet q̄ pr̄es nr̄i ambulauere. Si noua tenta būtur itinera nouaqꝫ pericula inuenīet Nec facile sua i dioceſi qſqꝫ pōtifex papatū habebit ut sunt qui querunt & eius rei causa nigꝫ in candida uertunt Sed tu bene uale Audies uocationem oratoris. principum que hic facta est Vtinam ea aliquid boni pariat Datū Rome iii. die Nouembris.

oia ſupius confutata ſunt. qs illud patiēter audiat ꝙ angeli dei uino ebriati: ſpē mulieris decepti cōcubinatū eius appetierit. q̄ iter ī celū edocta ad cōſpectū magni dei ꝓuenit & honorifice accepta. iter aſtra locū obtinuerit: āgeli penas dederit. atq̄ idcirco uinū hoī iterdictū qđ tāti mali cā fuerit. Cōmēorat hec tuus legifer. & tā q̄ ex pēu dei recepta hoibus iculcat Vide q̄ grauiter. q̄ uere. q̄ pite loqt̄. poetarū figmēta q̄ pueris legūt̄. iter arcana legis iſerit. Pueri nr̄i nō ſine riſu audiūt: cū rapte ī celū feie referūt̄. & ī aſtra cōmutate. q̄ maior et minor urſa uocāt̄. pigri circa ſarrata. boete lucētes Credimus ꝓ tua ſapia te tā ꝓuifacere. atq̄ cōtēnere tue legis figmēta Sed miraris uehemēter ꝙ indies aliq̄ relicto dogmate xp̄iano ad tuam migrāt. & aſſerētes iniquā legē nr̄am āplexi tuā circūcidūt̄. & tuis iniciāt̄ ſacris & q̄ trinitatē predicabāt. nūc deteſtāt̄ & q̄ xp̄riſtū crucifixū colebāt & laudabāt nūc deridēt Sūt q̄ hoc agūt nō dubitamus. Sed q̄nā hoiēs. ſane aut libidis ſerui aut ābitiōis & q̄bus nullus erat locus ī nr̄a lege. Spreti a nobis & electi tā q̄ uilia & ītutilia māci/pia ad te trāſiuerūt. nec tamē illos ī extīguibilis cōſcie uermis rodēr̄ ceſſat: ꝙ ſi poſſes eoꝝ ītroſpicere corda· intelligeres ꝓculdubio eos aut uite future ſpē nullā habeē aut admodū eē ā xios q̄ fōtē aq̄ uiue reliq̄rūt xp̄ūm ieſū. & neſciūt quo pacto redeāt maius ſuū peccatū exiſtimātes q̄ dei mīam. ſed qđ miraris ſi ad opes cōſequēdas ad uoluptates exhauriēdas nōnulli tue legi ſeſe ſubiiciūt nō ē hoc nouū nec dignū admiratōe. idē quoq̄ & ſaracēi faciūt. q̄ ſepe ad uos migrant Illud ē mirabile illud ſtupēdū illud magnope celebrādū ꝙ tot milia pplōꝝ xp̄iano īſignita noīe: ſub tuo īꝓio degūt grauia tributa pendūt: nūc liberis priuāt̄ nūc cōiugibus opprimūt̄. duriſſiā ſeruitute lacerāt̄. uexāt̄ mille mōis. nec tamē xp̄iane legi renūciāt: ꝙ ſi tuā accipēt micius ferrēt īꝓiū. fierēt liberi. hōres et opes ſpare poſſēt. ſed malūt tolerare ſeruitutis iugū. et ī ſq̄alore ac miſeria uiuēr̄. q̄ xp̄ūm negar̄. hoc ſtupēdū ē et dīnū opus. et qđ te precipue mouēr̄ dēt nō ꝙ pauci a nr̄a lege aberrēt. ſz ꝙ tā multi ī ea ꝓſeuerētet ꝙ tāta ſit uel ī

aduersis cõstãtia miraculũ ẽ. facit hoc bõitas legis. et securitas eter/
ne uite quã nẽo sapiẽs presenti postposuit Quid tu hic dicas. quid
cõtra hiscere. aut nutare poteris. uera ẽ xpiana lex ex utero r̃cepta
moisaice. ex ꝓphis ex dñis oraculis. deus auctor eius ẽ. filius dei eã
tradidit. ex oꝝ dei mãifestata ẽ pura ẽ et nitida et ĩmaculata et scã ꝓ
fecta ex oĩ ꝑte. nullã hẽt rugã. nusq̃ deficit. nusq̃ claudicat. ĩ ea q q̃
rit iuẽit. q petit accipit. et pulsãti apit. ipsaẽ fõs clemẽtie iustitie cul
mẽ. pietatis speculũ mãsuetudis et mie plẽa: ꝑ ea martires ĩnũerabi
les sũt occisi. senes. iuuenes. pueri. mr̃one. uirgies. uidue. ĩnupte pu
elle. crudelia carnificũ nõ expauescere tormẽta. sciẽtes btõs eẽ mor
tuos q moriũt ĩ dnõ. preterimus signa et ꝓdigia q̃ certitudinẽ xpiã
ne legis ostẽtãt. qs uiros cõmeõrar̃ qat ex xpiano gener̃ dini et hu
mãi iuris excellẽtissiõs pfessoꝝ suera mũdi luiascie fõtes: quscꝫ admor
tẽ ĩ fide xpĩ ꝓseuerãtes. preclara uoluia ediderũt q̃ tãq̃ sidera q̃d do
ctrie hũanas mẽtes illustrãt. et q̃nĩ ullo ĩ loco lex ẽ q̃ alterꝫ hẽat. au
gustinũ. alterꝫ ieronimũ. alterꝫ ãbrosiũ. alterꝫ gregoriũ. Et ne grecos
pretereaũs. q̃ religio uiꝝ ũq̃ hũit q origeni cõpari posset: q̃uis hic ĩ
pleriscꝫ locis errauit. qs ioãni crisostomo exeq̃bit qs magno basilio
qs cirillo. qs eusebeo. qs gregorio nazãzeno. nõ sufficiet dies si nũe
rare ꝓgiũs illustres nr̃e legis doctores: siue uiuos siue mortuos. q̃uis
nõ sit mortui sed nũc maxie uiuũt et tãq̃ stelle ĩ firmamẽto lucẽt. q
fidẽ sacratissiẽ trĩtatis elucidarũt. qd diceũs de religiosis dõibus ĩ q
bus ãgelica ducit uita et ꝓ pccõribus assidue effundũt preces dnõ:
nec ũq̃ cessãt dine laudes ac psalmodie. benedcũs mirsiẽsis apd̃ nos
multoꝝ mõachoꝝ doctor et pr̃ extitit. apd̃ grecos magnus basilius
secuti sũt bernardus abbas clareuallis. et bruno q carthusiã istituit
quotidie scõꝝ uiroꝝ apd̃ nos auget nũerus: edificãt noua mõasteria
et scã renouãt istituta. quos fructus edidit seraphicus frãciscus exi
mius pauptatis amator ĩ ũbria (q̃ ps ẽ italie) natus. quot eũ discipuli
secuti sũt. quot sub eius r̃gula uiri scĩ floruerũt. ãthonius patauĩ ia/
cet miraculis clarus. bernardiũs senẽn ĩ aq̃la quẽ nr̃a etas q̃si alterũ

paulū predicātem aupiuit Nicolai liritani extāt opa q̄ oēs admirāt̄
Dominicus in extremis hispanie natus oris quasi alius uesper emi
cuit:qui nouū quēdā sāctū & nitidū uiuēdi morem suis auditoribus
tradidit & predicatoꝝ instituta regula uniuersum illustrauit orbem
Multi ex discipulis eius clarissimi euaserunt: sed precipua ē magni
Alberti fama qui nullum doctrine genus ignorasse creditus ē. Nec
minor eo thomas aquinas fuit in lr̄is &si maior extitit sanctitate.
Claruit & meo seculo sub eadem regula uincētius hispanus quē nr̄
ātecessor iter scōs xpi cōfessores r̄tulit Et in ordine diui augustini ni
colaus tolentinas pauloante inter celestia relatus sanctorū agmina.
Noua indies ꝑle floresc̄it nr̄a religio:ꝙ si non desunt peccatores di
uinam ꝓuocantes maiestatem non desunt etiam cōsiliatores uiri sc̄i
deo accepti & uirgines imaculate precibus assiduis diuinā irā auer
tentes:nec timemus ruinam tantis adiuti p̄rociniis.tu ergo p̄riceps
nobilis qui non es rōis incapax.neq̄ ingenii obtusi:collige que di xi
mus:& conserua in mente tua:& consule tibi & tue genti & noli esse
incredulus sed fidelis:relinque tenebras & lucem sequere. intellige
quo pede claudicat tua lex.& quātis scatet erroribus:& q̄ ꝑcul a ue
ritate recedit & ꝙ non est in ea salus noue et antiq̄ legis inimica In
telligis q̄ solida ē euāgelica doctrina q̄ uera q̄ sancta q̄ munda et im
maculata Et ꝙ ea tantum iter in celū ostēdit et nō alia. Intelligis si
uerba nostra memorie tenes ꝙ trinitas in unitate et unitas in trini
tate colenda est neq̄ altera cōtradicit alteri Intelligis quonā mō p̄
sibi filium equalem genuit et qūo a p̄re et filio scūs ꝓcedit.spiritus
qui est caritas et amor et simul colendus est et deus est.et ꝙ filius ꝓ
nr̄a salute incarnatus ē:mortē tulit et spoliato inferno tertia die re
surgēs q̄dragīta diebus cū discipulis conuersatus ascēdit ī celum.se
det ad dexterā patris uenturus in fine seculi iudicare uiuos et mor
tuos.quo facto mali perpetuo penam ignis subibunt.boni eternam
btitudinē cōsequēt̄. nō ī carnalibus desideriis aut īpudicitiis nō in
cubilibus sed ī dulcedīe mētis et ī caritate xpi que supat omnem

ſenſum Ante omnia uero monſtratum eſt.non poſſe te aſſequi iter xp̄ianos gloriam & potentatum quem uideris optare.maxime apd̄ europeos et occidentales populos dum tua in ſecta perſeueraris. q̄ ſi uelles xpriſtianis iniciari ſacris magnā tibi ſpem fecimus & potē tie & glorie·Memēto igit᷑ uerborū nr̄oꝝ & accipe fidele cōſiliū.ſu me baptiſmū xp̄i & lauachrū ſpirituſſancti.Amplectere ſacroſanc tum euāgelium & illi te totum cōmitte Sic tuā aīam lucrifacies.ſic Turchorum populo bene cōſules.ſic tue cogitatōes adimpleri po/ terunt:ſic tuū nomen in ſecula celebrabit᷑:ſic te oīs grecia oīs italia oīs enropa demirabit᷑ ſic latine te lr̄e ſic grece.ſic hebraice ſic arabi ce oēs barbare celebrabūt:ſic nulla etas de tuis laudibus cōticeſcet. ſic pacis auctor & fundator quietis appellaberis:ſic te turchi aniaꝝ ſuarū repertorē & xp̄iani ſue uite conſeruatorem uocabunt . Syri Egiptii:Libici. Arabes & quecunq; ſunt alie gentes extra xpriſti caulas aut his auditis tuā uiā ſequēt᷑ aut tuis & xpriſtianis armis p uo negocio domabunt᷑. Etſi noluerint in noſtra lege te ſocium habe re expient᷑ dominum in ſua.nos te iuuabimus & omnium eorū aſſi ſtente diuina gratia legittimum principem conſtituemus.Hec ſūt que tibi cum baptiſmo premia ꝓmittūt᷑·His te bonis diuina pietas ꝓculdubio cumulabit obſequentem euāgelio. q̄ ſi reſpueris cōſilia nr̄a peribit tāq̄ fumus gloria tua & tu more hominum reuerſus in cinerem totus morieris. Xpriſtus regnabit in eternum cui eſt ho/ nor & gloria in ſecula ſeculorum.AMEN.

ENeas epūs ſenēn. Alto & potenti uiro. Petro de noxeto Comiti palatino. S. p. d. In eo loco ad quem te tua uirtus euexit ut primus rōani pontificis latus ſtiparis multa abs te acta ſunt que me tibi magnop̄e deuīcunt Nullū tamē ē ex oībus tuis opibus qđ mihi uel iocūdius uel acceptius fuerit q̄. Ioānis nr̄i campiſii ſubleuatio quē diu iacētē humi calcatum fortune pedibus: inopia preſſum tua ope tuoq̄ ſtudio & īgenti conatu iā rectū & inter pricipes eccē collocatū ſuis lr̄is accepi Feciſti p̄be qđ bonū uiq̄ qđ amicū qđ te decuit. Nā phīe diſcipline imbutus ī oī genere doctrinaq̄ apprime pitus. īgenio perſpicaci: facūdia tereti: moribus mā ſuetus aicitie tenax nimis (ſi ueq̄ fateri uelimus) nimis diu īter infimos habitus ē. nā ſiue hoīs uirtutes pēſitas ſiue p̄bſequia q̄ romane curie. nunc apud hūgaros: nunc apud theutonicos pluresq̄ gentes prebuit mēte reuoluas. nō ē cur ei qſquā preferri debuerit. Sed habet iā tandē uirtutis premia bene mihi ſerū uideri dēt qđ non fit. Quo longior miſeria fuit eo dulcior felicitas aduētat. Pauci ſūt qui uitā omnem feliciter agīt Alios prima. alios poſtrema tpa fortunata recipiūt. Rcē cū his agit quibus p̄s uite poſterior leta ē Eos fortuna hoſtes hēt quos ex felicitate in erūnas precipitat q̄bus miſerri mū eſt fuiſſe felices Ac nr̄ cāpiſius dū iuuēis fuit. dū ferre labores potuit ſudare. algere acriter pugnauit Nūc uictor factus: ſeniū leuius feret. Iā ſecurus ē. iā titus eſt a tegete & baculo Gaudeo illi mihiq̄. tibi gratias ago cuius & cōſilio & ope res geſta ē. Nihil eſt qđ non tibi dēam. Tuus ſum quātus ſum Multa ſunt in me tua beneficia qui ſepe me iuuiſti extuliſti maxime. Ac prius mediā mei ptē fouebas. Alteram que in campiſio incultā relīquebas Nunc agrū totum excoluiſti. Integer totus gaudeo. diuina tibi pietas benigna ſit teq̄ cum maximo preſule diu beatumq̄ nunq̄ te deſerat. Terrā tibi uiuēti ſubſternat· morīēti celum aperiat Vale & me maxīo pōtifici facito commēdatū. Ex noua cītate pridie idus maias. M.cccc. liii.

¶Oratio Pii pape secundi habita in conuẽtu Mantuano.vi.kal. octobris Anno domini.M.cccc.lix

CVm bellum hodie aduersus impium turchorum gẽtẽ suasuri sumus ꝑ dei honore ac salute reip.xpiane.bene est uenerabiles pres ac filii dilectissimi priusq̃ uos uer/ bis aggrediamur diuinitatẽ ipsam (cuius i primis auxi lium expetendum est) paucis in hunc modum affari. Protector nr̃ aspice deus et respice in faciem populi tui: respice super hãc famili am tuam ꝑ qua dominus noster Iesus xpristus non dubitauit mãi bus tradi nocentium & crucis subire tormentũ: miserere plebis tue & ne des hereditatem tuam in perditiõem quã ꝑpemodum instare uidemus. Surrexerunt.n.homines iniqui & impii q̃ te nõ nouerũt Venerunt gentes in hereditatem tuam. polluerunt templum sanc tum tuum Posuerunt Ierusalem in porcorum custodiam. uineam tuam exterminauit aper de silua & singularis ferus depastus ẽ eam Nos quãuis i hoc loco tuo (ut arbitramur) consilio ad tuẽdam reli/ gionem tuã conuenimus. nihil tamen possumus nisi ades & presidi um affers. Nihil sine te ualet humana fragilitas. tua est ptãs. tuũ im pium. tua omnis uirtus Tu fundasti celum & terrã mare & õnia q̃ in eis sunt. Idem est tibi uelle qđ posse Nihil est qđ tue ualeat resis tere uoluntati Adiuua nos in te uno sperantes & te solum deũ pura mente colentes Fac nobiscum signum in bonũ & mitte nobis auxi lium de loco sancto tuo. Da nobis cor ut faciamus uolũtatem tuam & in preceptis tuis ambulemus Scimus quia nõ dees tu domĩe deus opem tuam suppliciter implorantibus sed nosipsi desumus nobis. fugent pectora nr̃a. ingere calorem. ingere flammas · ure corda & renes nr̃os ut tuo tandem igne succensi que tibi sunt placita medite mur: & faciamus. & fedam & peccatricem turchorum gentẽ (si tua

Σ 49 250

uoluntas est) de xpristianorum finibus eiiciamus. Vos ãt magnanimi & generosi ꝓceres qui adestis ne claudite precamur aures. ne divertite mentem. aperite deo interiora uestra qui mox uolẽtibus uobis ĩ animas uestras illabet̃. & uos sibi templum atq; habitaculũ faciet Audite nos sua uice loquẽtes. uerba nostra uerba dei sunt q̃ filii sui Iesu xpĩ (quãuis indigni) uices in terris gerimus Ipse nos fari iubet. ipse in ore nostro uerba posuit. ipse nos bellum suadere in turchos imperat Nõ nos hodie cardinales aut epõs aut minoris ordinis sacerdotes sermone nostro compellabimus. quos constat armis ineptos esse & piaculum ac sacrificiũ fuerit nisi per seipsos in causa fidei que sunt ab eis expetenda. hoc est aurum & orationes sua spõte obtulerunt Vos illustrissimi duces. uos marchiones. uos comites uos regum & principum oratores. uos fortes & exercitatos in bellis uiros uerba nostra commonefacient. uos tangent: uos requirent quibus datum est arma tenere Non ut ĩter uos dimicetis sed ut ecclesiam: ut religionem ut fidem xpristianam a barbarorum & infidelium incursibus defendatis. Potestas enim (ut inquit paulus) gladium portat ad uindictam malorum: laudem uero bonorũ Videtis in quo statu. in quo discrimine sumus & q̃tum a turchis urgemur. premimur. infestamur non ignoratis nisi arma sumentes eorum impetum retunditis & forti animo bellum geritis haud dubium quin lex euangelica & omnis nostra religio pessundet̃. Audite igit̃ uiri fortes atq; attentas aures adhibete bellum suasuro: quod nobis hodie munus incũbi ttria (ut nr̃a fert opinio) principaliter explicanda & suadenda sunt Primum est ut causas iustas atq; urgentes ostẽdat ꝓpter quas pugnare oportet Secundum ut facultates adesse doceat belli gerẽn & certam quodammodo uictorie spem faciat Tertium ac postremum ut magna secuturos premia uictores patefaciat In his hodie nobis elaborandum est atq; in his tota nr̃a cõsumetur oratio De causis belli gerendi primum dicere oportet q̃ due sũt precipue ac maxime Prima est ut susceptas iniurias ulciscentes res

amissas recuperemus Altera ut futura (que ꝓpe imminent) pericu
la euitemus: ostendamus que nam sunt illa que amisimus & quas no
bis ac deo nr̄o iniurias intulerunt turchi Inflicta xp̄ianitati uulnera
illatas contumelias. iniustā notam facile cognoscetis: sique fuit olim
xpristiana religio. & que nunc sit animo extimabitis cognoscite ro
gamus & quātum gloriari possitis animaduertite: Sacrosanctū euā
gelium (quod ablatis idolorum spurciciis saluator nr̄ in mūdo inse
ruit) non unum dumtaxat terre angulum aut unam ꝓuiciā sed uni
uersum ferme orbem impleuit quēadmodum regius ꝓpheta multis
ante seculis de beatis apostolis futurum preuiderat dicēs In omnē
terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terre uerba eorum per
hos enim euāgelium mūdo īnotuit quos ex piscatoribus saluator ip
se predicatores effecerat dicens eis Venite post me & faciam uos fi
eri piscatores hominum Nec uana ꝓmissio fuit. Piscati sunt enim
apostoli non sibiipsi: sed xpristo domino uniuersum orbem Omnes
reges. omnes populi in eorum seu retia seu sagenas inciderunt. Im
pletum est danielis uaticinium dicentis. Omnes gentes. omnes tri
bus omnes līgue seruiēt illi. Verius xpō quā augusto uirgilianū il
lud attribui potest Super & garamantas & indos ꝓferet imperiū.
Iacet extra sidera tellus extra anni solisq; uias ubi celifer Athlas ax
em humero torquet stellis ardentibus aptum. Nam circa tempora
Constantini magni natum ex Maria puerum indi simul & hispāi
colebant. Nec septentrio. nec meridies xpristum ignorabat. Vox
romani presulis tanquā iesu xpristi uicarii maria penetrabat & ter
ras: pax alta per omnes et tranquilla quies xp̄ianos obibat. Gēs san
cta: gens electa populus acquisitionis xp̄iani habebant tributa ex
gentibus accipiētes & in capite populorum positi Hec fuit olim o
xpristiani maiorum uestrorum gloria Hoc imperium. hec auctori
tas Nunc quo uos trachi ac saraceni redegerūt paucis aduertite do
cebimus Indi quamuis xpristiani feruntur & armeni per Asiā dis
persi & piter ethiopes in multis tamē uersant erroribus & ignorā

tes quam nosse debuerant xpi legem ignorant a domino: quod re liquum est Asie atq; Africe xpi nomen ac legem impacato perse quuntur odio Cepit hec calamitas sub eraclio cesare Nam cum a perta esset omnibus uia salutis per xpristum dei filium qui annis a tea circiter sexcentis mortem nostram moriēdo destruxerat. Inui dens humano generi diabolus ac nimiū dolens xpristum ubiq; reg nare pseudo pphetam excitauit in arabia mahumetum nomine sce leratum hominem qui se dei nuncium ementitus contrariam euan gelio legem condidit de qua paulopost suo loco dicemus Degenera uerat iam apud grecos imperium & romana uirtus sub aliud trāsla ta celum elāguerat Que res paulatim xpristianas opes euertit. mā serunt tamen in Asia complures xpristiani usq; ad tempora Pipini francorum regis qui abhīc circiter sexcenti magno nomine & apd gallos regnauit Tunc uero digressi a Scithia turchi Capadociā Pō tum. Bithimiam. Troadem Ciciliam & omnem minorem Asiam occupauerunt & nostra negligentia potentes facti non solum ueros xpristianos ex Asia pepulerunt sed transmisso manibus Hellespon to. macedoniam Tratiam Aticham. Boeticam. Phocidem Achaiā Acauarniam. Epirum Poeniam Et utramq; missiam armis inuasere Et in Egheo ac Ionio mari Ciclades & alias quamplures insulas si bi subiicientes Hos xpristianis ad orientem terminos posuere. Ad meridiem barbari ex africa non solum inferi maris insulas sed ipsa quoq; italie litora classibus infestant In occidenti magnam betice p tem quam uocant granatam mauri occupant & hispanos agitant re ges Ad septentrionem gelidamq; arcton lituani polonis contermi ui magna ex parte ritu gentiliū uiuunt Veteres Hūgari ad ortum thanais iacentes & tartari cum quibus Liuonii pugnant xpristum prsus ignorant Et ultimi noruergie populi cum semiferis homini bus bellum gerūt. Hi sunt termini uestri o xpristiani. Sic circūual lati estis. Si in angulum coartati potentissimi quondā domini & or bis possessores En quantum imperium amisistis: quot nobiles urbes

quot ditissimas ꝓuincias perdidistis: inter quas etiam iudeam neglexistis terram nobilem. terram sanctam terram lacte & melle fluentē terram in qua primi fidei nostre flores apparuere. heu pudor. heu dolor fons & origo nr̄e salutis Sion ad hostes defecit. templū illud Salomonis fama clarum in quo dominus totiēs predicauit. Betlehē in qua natus est Iordanem in quo baptisatus Thabor in quo trās/figuratus: Caluariam in quo crucifixus ipsiusq; crucem possident inimici sepulchrum domini glorioſum lectumq; illum purpureum crocos spirantem & suauissimis flagrantem odoribus in quo ꝓpter nos uita nr̄a obdormiuit in domino nisi hostes uelint inuisere non potestis. At saraceni Mecham in potestate habent in qua (si uerae fama) falsi ꝓphete cadauer in arca ferrea conditum ui magnetis pēdet in aere uos uero infelices ac miserrimi xp̄iani sepulchro dei ur̄i & urbe clarissima ierosolima priuati estis. Tacemus Alexandriam Thebas Memphim & omnem egiptum Tacemus Antiochiā in q̄ primum xpristianum nomen est auditum Tacemus ephesim & alias apostolicas sedes in Asia perditas. Tacemus uii. ecclesias ad quas scripsit Ioānes apocalipsim. Ierosolimam ueteris & noui testamenti m̄rem in hostium esse potestatem satis flere & dolere nō possumus ꝓ qua recuperanda nullus labor euitari deberet: nullum declinari bellum Nam si ꝓ repetendis rebus iustam belli causam ueteres putauere: quis unquam iustius induit arma quam uos xpristiani quibus tot urbes: tot ꝓuincie sunt erepte. tot adempta regna tantū ablatum imperium Iudei cum federis arcam amisissent pro recuperatione nullum belli periculum uitauere Greci ob raptam Helenam decemnale bellum gessere. Carthaginenses ꝓpter fines paulum ampliandos cruentissima prelia cum carenensibus commisere ꝓ quibus etiam phileni fratres interiere Romani sepe sociorum causa sumptis armis in pugnam exiere. Reuolue historias nullum unquā bellū tot causas habuit quot nobis aduersus turchos occurrunt Sed quid

ad nos uetera:dicat aliquis. Tolerauerunt hec damna: hanc infami
am proaui nostri.Cur nos illis meliores simus. Cur tāta glorie cu/
piditas: ut maiorum nostrorum iniurias nostro sanguine uindiceūs.
Esto patres uestri negligentes fuerint honoremque suum peruife
cerint.an ꝓpterea uestrum negligetis:& duplici notari turpitudi/
ne hereditaria scilicet & uestra patiemini: An potius magnificis o/
peribus detersa ꝓgenitorum infamia.glorioſum nomen adquirere
conabimini Sed negligamus si sic libet ātiquam ignominiam:uetuſ
ta damna.Nec uos urgeat quod non pupugit auos uestros Trāseat
omnis asia.omnis africa:europam saltem inſpiciamus.& nostri tem
poris rationem reddamus an parum nostra etate nostra culpa per/
ditum est.Constantinopolim orientalis imperii caput:& totius gre
cie culmen:non patres nostri.sed nosipsi amisimus.qui dum torpen
tes in ocio domi sedemus:usq; danubium et Sanum turchorum ar
ma penetrare permisimus Capta est culpa nostra nobiliſſima urbs
regia:quam Pausanius primus condidit Constantinus magnus in/
staurauit.& in emulationem antique Rome amplificauit & magni
ficauit In ea gentis imperator & ipse Constantinus nomine inter
emptus est.turba ingens trucidata & templa magni dei polluta sūt
Interq; nobile opus Iustiniani sancte Sophie uocatum:tetro. Ma/
humetis ritu fedatum est. Beate uirginis matris domini & aliorum
sanctorum delete sunt Altaria dirupta. Reliquie martirum porcis
obiecte Sacerdotes occisi Matrone ac puelle ipseque sacre uirgiēs
ad libidinem rapte. Nobiles urbes inter uina & epulas ipsius por/
corum ducis iugulati Saluatoris nostri simulachrum in cruce pen/
dentis per derisionem & contemptum precedentibus qui dicerent
Hic est xpristianorum deus.in castra delatum sputo.luto atque om
ni feditate iactatum Noua hec sunt & sub oculis nostris gesta Hec
fiunt & tamen excitari non possumus Cum uitulis marinis & cum
druso dormimus. Letargum patimur qui tot contumeliis agitati e

ſomno ſurgere non ualeamus Heu furias heu artes demonum pug
nare inter ſe potius xpriſtiani uolunt quam turchos adoriri Ciui/
lia bella magis cupiũt quã externa & ſepe paruis de cauſis cruenti
ſſima committunt prelia. Pulſatus modo uillicus: modo ſeruus mag
nos traxit in arma reges in turchos qui deum noſtrum blaſſemant
eccleſias noſtras diruunt & omne xpriſtianum nomen perdere ſata
gunt Nemo audet arma ſumere omnes in arcum paruũ dati ſumus
declinauimus omnes ſimul. inutiles facti ſumus Non eſt qui faciat
bonum non eſt uſque ad unum Sed cogitabitis melius uiri pruden
tes & fortes induentes animos recuperare que ſunt amiſſa & accep
tas iniurias uindicare conabimini Hoc tantũ de priori belli gerẽ.
cauſa ſit dictum. ¶ Nunc alteram attigamus Hoc eſt ut futura ac
ꝑpe imminentia ceruicibus noſtris mala uitemus Poſſent fortaſſe
tolerari aliquo modo preterita ſi finis malorum eſſet: & non maio/
ra impẽderent diſcrimina Sed quo pacto ſperare quietem ab ea gẽ
te poſſumus. que ſanguinem noſtrum ſitit: que occupata grecia in
ungariam id eſt in uiſcera noſtra gladium adegit Iuuenis eſt aduer
ſarius noſter: etate florida: robuſto corpore animo uaſto & tumido
curſu victoriarum: quas noſtra ſibi negligentia peperit Vanus eſt
deceptus eſt ſi quis arbitratur adoleſcentem quieturum eſſe auro a
bundantem: armis aſſuetum & dominandi cupiditate ĩflammat: m
Ponite hanc ſpem Nunquam ille arma deponet niſi aut victus aut
omniũ victor Proxima illi queque victoria gradus erit alterius do/
nec ſubactis occidentalibus Regibus deleto xpriſti Euangelio Ma
humeteam legem ubiqꝫ gentium inſerat Neque arbitremini lõgam
moram Priuſquam uos adeat Nam uicine illi gentes tot bellis at/
trite: niſi opem fertis amplius arma capere non audebunt. Soli fide
les hungari perſeuerant non tamen diu ſtabunt adiuti. & hi qꝺem
muri loco uobis ad Orientem remãſerunt Quo dirupto neqꝫ theu
tones neqꝫ bohemi neqꝫ Poloni ſatis tuti erunt. Non aſperi mõtes
non alta flumina iter impedient. Nihil erit victa hungaria turchis

nimium nihil insup̃abile Imperiũ orbis querentibus per Cauos & forum Iulii terrestribus copiis facilis in ytaliam patebit transitus. Naualis exercitus ex ualona quam turchi possident unius noctis na uigatione Brondusium petet Et in superiori et in inferiori p̃te ap ta est turchis ytalia Vtinam mendaces & falsi p̃phete simus in hac p̃arte:sed credite folium nos recitare sibille Venient turchi nisi ob uiam imus & auferent nobis locum & gentem Non timẽt hec for tasse hispani & galli neq̃ Theutones qui Renum accolunt. Neq̃ anglici Occeano circunfusi At prudentes reip. gubernatores bel/ lum foris quã domi malunt. & remotissimam miliciam laudant. per nicioſa & funesta sũt q̃ gerimus ĩ nr̃is laribus per bella multa a Ro manis orbis domitoribus susceptа calamitas durior quã in ytalia fu it Nec illi hanibalem felicius q̃ ĩ africa uicerunt. Credite nobis p̃ ceres. credite nobis:non est Cur amplius dissimuletis: nec est cur ã plius differatis arma sumere si agros uestros si focos: si liberos si ux orem:si libertatem:si fidem ipsam in qua baptisati & renati estis re/ tinere cupitis:bellum nobis credite bellum geratis optet. Neq̃ nos bellum iniustum suademus qui eius locum tenemus. de quo ẽ scrip tũ Iustitia & iudiciũ prep̃atio sedis tue:nec plura de pr̃io & pr̃icipa li menbro Audisti uiri prestantissimi ac nobilissimi quas ob cãs in Turchos pugnare oporteat Nam & susceptе iniurie id exposcunt & in futurum xpristianorum indemnitati consulendum est .

Nunc quod erat secundum orationis nostre menbrum id ẽ An po ssitis bellum gerere & an uictoria sperandа sit animaduertite Cum xpristianis nobis sermo est qui diuitem Italiam nobilem galliam . fortẽ Hispaniam bellicosam & populosam germaniã ĩcolũt. His ar ma his eq̃ his hoĩes & pecunie abũde suppetũt: his uires lõge maio res quam Turchis assunt Audiuimus tamen nõnullos esse qui tur chos supra modum extollunt nec superabiles putant tot preliorum uictores ¶ Nos magnas esse turchorum opes fatemur: sed multo minores quã fama ferant. Neq̃ nostris quouis modo comparãdas

Illi enim &ſi omnes conatus adhiberent:ſupra tamen ducenta ho/
minum milia non educent Sed quos homines Imbelles ſane atque
inermes ex Aſianis atque grecis mixtos Noſtis quanti faciat Aſia
nos remulus ille uirgilianus cuius illa ſunt uerba. O uere. Phrigie
neque enim Phriges Ite per alta dindima ubi aſſuetis bifforem dat
tibia cantum Timpana:uos buxaſq; iuuant berecithia matris idee
ſinite arma uiris:& credite ferro. Greci quoque illis.quondam ani
me haud quamque uigorem antiquum retinent . Degenerauerunt
ferme omnes qui turchis parent.neque in armis neq; in litteris priſ
tinum referunt ſpiritum Cecíderunt omnes cum īperio Non ſtāt
ſimul fortia pectora & ſeruitus. Qui fortes uiri in caſtris turchoꝝ
militant ex xpriſtianis ſunt ad ſummam quadragīta milia nigre &
infelices anime Vbi uos armatos uiderint:furiis agitate ſuorum ſce
lerum & ultorem deum ante ora cernentes ferrum ſtringere nō au
debunt Reliqua turba in prelio nulli eſt uſui:niſi ut cede ſua fati
get hoſtes.Percurrite geſta maiorum Aſiana bella muliebria puta
uerat Alexander magni Alexandri ꝓpīquus cum bellum gereret
in ytalia frater meus inquit cum feminis pugnat . Mihi cum uiris
certamen eſt.iulius ceſar cum de ponticis gentibus triumpharet q
aſiam incolunt in curru ſuo hec uerba iuſſit inſcribi Veni.uidi.ui/
ci:acſi ſolo aſpectu ſuperandos diceret Aſianos. Godefridus & alii
qui ſecum in . Aſia militarunt parua ſepe manu innumerabiles ho
ſtium copias deleuerunt:atque ipſos turchos tanquam pecudes ma
ctauerunt Sed arbitramini fortaſſe meliores hodie turchos eſſe uic/
ta grecia quam olim fuerunt At quales ſint pugna taurinenſis oſtē
dit anno abhinc tertio geſta: ¶ Taurinum uocauere priſci oppidū
ad confluentes Sanum & danubium ſitum.Hoc euo noſtro alii .
Albā.alii Belgradū uocant preter ſitum non magni momēti caſtel
lum id cunctis uiribus ſuis expugnare turchi adnixi ſunt. ¶ Pug/
natum eſt interdiu noctuque ſumma contentione Erant xpriſtiani
milites qui oppidum tuebant pauci cruce ſignati non nobiles .

aut diuites non bellis assueti aut armis tecti: sed rudes & incomposi
ti agrestes & hi tamen turchos uicere. non tam ferrum q̃ fidẽ: hos/
tibus opponentes Ab his tumidus ille imperator turchorũ insupa
bilis antea creditus & terror gentiũ appellatus in acie uictus ab ob
sidione deiectus. castris exutus. turpem arripere fugam cõpulsus ẽ
Quid Iohãnis uinatis uictorias referamus: quid georgii albani triũ
phos commemoremus. cuius conspectum nunquam ferre turchoꝝ
acies potuere Vnus nobis exemplo sat est Iohãnes uintimilius qui
cum. cccc. milibus in epyrrum ꝓfectus suppetias nepoti ferens su/
pra decem milia hostium fudit. strauit. deleuit. Hi sunt hostes uñi o
xpriani cũ his uobis hominibus pugnandum est qui neq̃ ferire ne
q̃ feriri nisi in terga norũt. q̃q̃ fortissimi essent & bellicosissimi hos
tes. in deo tamen sperandum erat qui cause sue nequaquã deesset.
Etenim scriptum est In deo faciemus uirtutem & ipse ad nihilum
deducet inimicos nostros Orabat moises in monte & populus uice/
bat ĩ acie Sol retinuit cursum suum ne uictoris iosue retineret cur
sum Madianitarum plenissima & munitissima castra cum quatuor
centis uiris dissipauit Gedeon. Amonitarum numerosum exerci/
tum cum paucis militibus superauit. iepte. superbissimos philiste/
os solus humiliauit. Samson. nec in manu femine cũ deus uoluit uic
toria defuit Potentes in armis chananeos exterminauit. Delbora.
Sisaram interfecit iachel & olophernem obtruncauit iudith Multa
sunt huiuscemodi in ueteri lege. nec noua maguificis caret exem/
plis. Constantino magno pugnam timenti signum crucis ĩ celo mõ
stratum est: & uox diuinitus audita que diceret in hoc. Constanti/
ne uince De theodosio impiissimo imperatore illi sunt uersus. O ni
mium dilecte deo cui militat & hic. & conuocati ueniunt ad classica
uenti. In britãnia que nunc anglia nuncupatur ut autor est. Beda
barbarorum ingentes copias pauci admodum xpristiani & :

inermes alta uoce canentes alleluia deleuerunt. Non est abbreuiata manus domini: quāuis elongata a nobis mia sua ꝑpter peccata nr̄a: sed ꝑpiciabilis est dominus deus noster et multus ad ignoscendum: si redierimus ad eum & ipse ad nos redibit. Facile per obedientiam placabimus quem per contumatiam irritauimus. qui ut primū nos uiderit humiliato corde ꝑ sua gloria pugnaturos. mox odium īnos conceptum uertet in hostes: & uictoriam nobis mittet Hanc deā eē ueteres putauerunt quam Iupiter mitteret Illam uero tanquā regi deorum obtēperantem ad eos ire quos iusserit et in eorum ꝑte cōsi dere At hoc uer̄ est sicut aug. ait. non de illo ioue quē deorum regē ꝑ sua opinione finxerunt. sed de illo rege seculorū ꝙ mittat nō uic toriam (que nulla est substātia) sed angelum suum & faciet uincere quem uoluerit: sicut in castris assiriorum accidit ezechiam regē ob sidentibus in quibus angelus domini centum & octuagīta milia ho minum una nocte interfecit Hec uictoria. i. hic āgelus oībus ꝑcul dubio de celo mittit̄ qui ꝑ causa dei recto & magno animo pugnāt Verum quia cum eo nobis hoste pugnandum est qui deo nr̄o ꝑr sus aduersatur libet hoc loco pauca de saracenorū lege referre quā turchi sequuntur ut eo confidentius pugnam ineatis. quo fediores hostes ac magis impios cognoueritis Sceleratissima est mahumetea lex: que non solum xpristi diuinitatem respuit sed īnumerabilibus aliis scatet erroribus. Namque ut pretereamus deliramenta & īep tias illas quibus angelos corporeos de flamma ignis creatos īteri turos affirmat. ¶ Et Origeni consentiens demones aliquando sal uandos tradit & celum de fumo factum. & lunam ab ītio eque splē duisse cum sole. ¶ Sed uolitantis angeli. Gabrielis ala tactam: ful gorem amisisse. ¶ Quis illud tolerare queat quod mundum cum. Democrito sentiens fortune casuique summittit diuinam proui / dentiam aufert: ¶ Quid. quod sacrosanctam respuit trinitatem & impossibile ait deum habere filium ¶ Et quamuis xpristum ex uir gine natum cōsentit iustum & sanctū hominē qui cūctas curauerit

egritudines:deum tamē esse cum Arrio negat:nec ꝑ nobis obiisse censet:sed sublatum a deo in fine seculi moriturum: tum & denicꝙ surrecturum Iudeos autem aliū sibi similem suspendisse atcꝙ interfeciſſe delirat.nec sanctispiritus dignitati glorieꝙ cōsentit quē creaturam esse in.Nestorio Macedonioꝙ mentit̄ Et omne fidei meritum auferens in sua quēcꝙ secta saluari hominem perhibet.Alioquin recte uiuentem nisi a sua lege abierit Et quia non cōstant inter se mēdacia: alio loco neminem saluari asserit extra legem a se traditam.in qua beato Paulo contradicens circūcisionem seruare precipit:& uini tantum consuetudinem phibens:tetras uoluptates indulget:stupra & adulteria:cum captiuis &emptis mulieribus admittit uxores plurimas:& cum his diuortia passim concedit nec concubitus nature aduersos inhibet.Postremo carnalis hō & bestialis:future uite beatitudinem sola carnis uoluptate metit̄.En sapiētē hominē qui se dei ꝓphetam audet nominare.temerator antique legis corruptor ꝓstitutor animarum.uerus ꝓcurator orci:& primus sathane satelles:cuius adiutores inferni mancipia sunt quales turchos esse non dubitamus:aduersus quos armis contendere sacrificiū deo fuerit:& acceptissimum deo piaculum. Ceterum quia dīnitatē xpī (ut diximus)impia saracenorum ac turchorum secta ꝓrsus excludit:non ab re fuerit hoc loco maiestatem eius & gloriam ī medium efferre: cunctisꝙ palam facere xpristum quem colimus & cuius cā bellum suademus uerum deum esse sibiꝙ thura deberi & dīnos honores.Aggrediamur igitur hunc articulum Semper enim conādū est ut ueritas magis atcꝙ magis eluceſcat Agemus autem pingui minerua non more philosophorum:quos uix illuminatissime possunt intelligere mentes:ut quisque cum proximo suo:cum uicino suo loquitur Ita & nos hodie uobiscum loquemur. Cupimus etiam a piscatoribus intelligi qui fidem a piscatoribus accepimus. In primis autem illud assumimus quod omnes ferme concedunt :

concedũt deũ:ſcilicet unũ eẽ a quo cõdita ſũt et gubernãt uniuerſa docent enim uiri ſapiẽtes mundi machinam & tantum rerũ ordinẽ quantum in mundo cernimus ſtare non poſſe niſi & unus eſſet rector omnibus imperans. Recipimus igit confeſſa maiorum qui mũdinalis machine rectorem & quod unum eſſe fatent eumq deũ uocant:quo nihil maius nihil melius aut inueniri aut excogitari queat Hunc nos xpriſtum eſſe luce clarius oſtendemus:ad quod efficiẽdum tutiſſima & aptiſſima uia ex miraculoſis eius operibus patet. Nam & ipſe interrogatus a iudeis an xpriſtus eſſet:loquor uobis inquit et non creditis opera que ego facio in nomine patris mei Ipſa teſtimonium perhibent de me Faceſſãt igit dialeticorum ſilogiſmi & oratorum inductiones ipſa nobis opera xpriſti:xpriſti diuinitatẽ oſtendant:religioniſq noſtre fidem confirment facta nõuerba Ponat igitur ante oculos noſtre mentis homo qui uocatus ad nuptias aquam in uinum conuertat: quacũq iter faciat egrotos ſolo uerbo reſtituat.mutorum linguas in eloquium ſoluat. claudis gradiẽdi facultatem concedat.cecis lumen. ſurdis auditum prebeat.peraliticorum membra cõſolidet.reſperſos elefantie maculis repurget At nõ ſolum uires imbecilles adiiciat ſed ipſos quoq mortuos et in ſepulchro quatriduanos tãquam ſomno ſolutos ad uitam reuocet Secreta et cogitationes hominum intelligat:futura prenunciet.demonia eiiciat:ſuper aquas ſiccis pedibus ambulet.uentis imperet atq mari. Poſtremo uolens iuxta ſermonem ſuum prius habitum captus a iudeis crucifigat.interficiat ſepeliat.et tertia die reſurgeus tractãdum palpandumq corpus ſuũ diſcipulis ſuis offerat.edat et bibat cum eis.Et tandem poſt quadraginta dies uidentibus illis aſcendat in celum Quid hic poſt tot ſigna dicemus An non interrogatus ipſe a diſcipulis ioannes Tu es qui uenturus es an alium expectamus Interrogatores ipſos ad miracula remiſit Certiſſima quippe diuinitatis argumentatio eſt miraculorum oſtenſio: ¶ Quod ſi

nonnulli phō̄ naturā ipſam deū eē putauerunt: cur nō magis deus ille credēdus ē: q nature ſe dominiū habuiſſe miraculis patefecit Dicat fortaſſe aliquis Moiſen. heliā. heliſeū. ceteroſq; pphās & ipſius xpī diſcipulos ſigna & portēta feciſſe: ac nature curſū retinuiſſe nō tamē fuiſſe deos. Verū ē id quidem ſed neq; illi deos ſeſe dixerunt. Mētiri. n. & miracula facere ſupra naturam que xpriſtus fecit nulli eſt datum ſicut apud Ioānem teſtat cecus a domino liberatus Scimus inquiens quia peccatores hoc eſt mendaces deus non audit. Et nicodemus rabbi ſcimus inquit quiā a deo uenisti: nemo poteſt ſigna facer̄ que tu facis niſi fuerit cum eo deus At hec que retulimus & alia q̄plurima de xpō miracula ſacroſancta quattuor euāgelia tradunt uberrimi teſtes affirmant. Accedunt epiſtole doctoris gētium pauli & actus apoſtolorum Ex quibus palam fit ea ſigna xpriſtum feciſſe per que nature dominus oſtenderet Fuit igit cum eo deus & ipſe uerax. Neq; enim mendaciis deus coniungit Si uerax xpūs igit & deus qui de ſeipſo dicit. in euangelio Ego ſum uia ueritas & uita: & qui uidet me uidet & patrem Et rurſus. Ego & pater unum ſumus Alio loco. Pater clarifica me ea claritate quā habui apud te priuſquam mundus fieret Quibus uerbis ſe deum eſſe manifeſtiſſime teſtatus eſt. Quod ſi quis euangelio non credit. nō uidemus cur Moyſi credat et aliis ātiq̄ legis ſcriptoribus Credūt greci Herodoto Tucillidi Pollibio Xenofonti Diodero Credūt romani Liuio Saluſtio Trogo Cornelio Suetonio Credunt & alii ſuis hiſtoricis Cur nos non credimus noſtris quamq̄ minime illi cum noſtris cōp andi Illi enim nullius auctoritate recepti ſunt. Sanctum euangeliū multa primum conſilia prius approbauerunt quam legendum ecclesiis traderetur. Ad cuius robur etiam martires accedunt qui pro teſtamento domini ſua corpora tradiderunt: & lauerunt ſtolas ſuas i ſanguine agni. Inter quos etiam uirgūcule magno miraculo nō expauere ſupplicia Accedunt & ſanctiſſimi doctores qui cum eſſent

(pſpicaciſſimi neq̄q̄ euāgelio

credidissent nisi ueram eius historiam cognouissent Sicut apud gre
cos Dionisius testat Ariopagita Ioānes. Crisostomus. Gregorius
nazanzenus Cirillus Athanasius Magnus basilius & alii q̄plures
apud latinos Quatuor doctores fama illustres Gregorius Ambro
sius Ieronimus & Augustinus & ultra illos Ciprianus carthaginē
sis Isidorus hispalensis Hilarius pictauiēsis Eusebius uercellēn. Et
p̄ximo euo nostro Thomas aquinas & Albertus magnus natione
sueuus. & alii pene innumerabiles qui fidem xpristi diuinitate non
more philosophorum qui sibiipsis aduersant sed omnes uno ore lo
quunt: ut sine deo putanda non sit tanta unitas atq̄ concordia Cō
fert & multum romanorum autoritas qui cum essent sapientissimi
ac potentissimi: & orbis domini: collum euangelio minime summisis
sent nisi aut rationibus uicti aut miraculis tracti. Quis preterea ui
ros fortes eodemq̄ prudentes Hispanos gallos ac germanos euāge
lium suscepisse crediderit nisi magnis rationibus persuasos. Sane cū
lex gentium mollis eēt xpristianorum durior: nemo hāc subire uo
luisset nisi autorem eius deum esse didicisset Sed illud omnē ābigui
tatem excludit omnem titubationem auertit. omnem credēdi mo
ram expellit quod multis seculis priusq̄ xpristus carnē indueret na
tiuitas eius ex uirgīe: sanctimonia uite: miraculorum patratio: pre
dicatio legis: edictio: captiuitas: tormentorum perpessio. crucifixio
mors. resurrectio. in celum ascensio: & reliqua que de ipso legimus
ita in p̄phīs scripta reperiebāt: sicut postea scripta sunt Legite isai
am Ieremiam danielem Ezechielem dauid Salomonem & alios p̄
phetas: quecunq̄ de xpō iam facta commemorant euangeliste: ead
p̄phete diuino afflati spiritu futura predixerunt. deum & hominē
in xpristo recognoscentes Nec sibillarum contemnēda est auctori
tas que longo tempe ante natiuitatem dominicam uaticinate (ut fir
mianus & Augustinus affirmant) preclara de xpristi deitate cecī
runt. His coniungit honestissima lex eius omni ex pte uenerabilis
ac modesta. Nam quid aliud xpristus docet quam celestem agere

mortales in terris uitam Iubet enim nos deum colere.festos dies sā
ctificare: ꝓximos quasi nosipsos diligere:pauperis misereri. uiduas
pupillos atque omnes ībecilles ꝓtegere Infirmos & in carcere clau
sos uisitare.mortuos sepelire:castos nedum manibus sed etiam oculis
esse Adulteria:stupra:fornicationes.iurgia.lites.ebrietates fugere .
primos in cenis accubitus:& omnes mundi pompas omnes blandici
as deuitare:reges ac parentes honorare.magistratibus ac sacerdoti
bus obedire Postremo thesauros ueros ipsamq; felicitatem non ī ter
ra : sed in celo querere.hec lex xpī est.hoc preceptum.hoc testa
mentum eius Coniungite nunc omnia simul xpūs ex uirgine na
tus castissimam uitam ducit Signa & mirabilia facit. nature impat
legem perfectissimam edit:que orbis consensu recipitur Deum se
dicit & hominē ꝓphete.martires ac doctores sibi astipulāt. Quid
hec inferunt simul iuncta nisi uerum esse testimonium xpristi de se
ipso & ipsum uerum atq; indubitatum esse deum Mahumetū ue
ro arabem falsum.mendacem.perditum & oīno respuēdum q hec
negauit. Verus igit xpristus deus uerus deus & homo xpūs iesus :
qui cum patre & spiritusancto in personarum trinitate colēdus:mi
sertus humani generis primi parentis culpa iampridem damnati ut
nos redimeret:ex arce celesti & altissimo dei throno splendor pater
ne glorie:figura substantie dei.moderator orbis.iudex futuri seculi
ad uos descendat Neq; rapinā arbitratus est se esse equalem deo sed
formā serui accipiēs exinaniuit semetipsum factus obediēs usq; ad
mortem mortē ātcrucis. Neq; ista sine supplicijs atq; tormētis sed
dorsum suum ut īquit Isaias posuit ad flagella.maxillas suas ad pal
mas.genas suas nō auertit a feditate sputorum.speciosus forma pre
filiis hominum speciē atq; decorem amisit.ductus est tāquā ouis ad
uictimam & inter latrones deputatus est.Diuiserunt sibi uestimēta
sua & super uestem suam miserunt sortem In siti sua potatus ē ace
to & coronam spineam posuerunt sup caput eius.non fuit dolor si
cut dolor suus: A planta pedis usq; ad uerticem non erat in eo sani

tas nec tamen eiulatus emisit: sicut agnus coram tondente siluit. O homo. O xpiane. O qui fideles uideri uis: & cur ista xpm tulisse existimas Iustus erat & dolus non ē inuentus in ore eius Cur tot supplicijs subiciat innocens pro te doluit hō: peccata tua ipse portauit homo. & tu suo liuore sanatus es homo. Bonus pastor animā suā posuit p ouibus suis & mortem tuā sua morte redemit: & quas tu illi gratias p tot beneficijs reddis: quid facis: quid cogitas ut gratus inueniaris Turchi nomen suum blasphemant Altaria sua diruunt Legem suā: hereditatem suam perdere conant. Et tu domi iaces in ocio: O reges O duces. O uiri potentes Surgite iam tādem & xpi dei uri religionem atq honorem defendite quādo nec opes nec uires uobis quam turchis minores sunt. Et certissimi estis pugnaturis uobis p testamēto domini diuinum auxilium minime defuturum. Nec plura de secundo & principali menbro . ¶ Tertiū & ultimum modo (si placet) q̄breuissime absoluamus: hoc est que premia consecuturi sint aduersus hostes fidei pugnaturi Audite adhibete aures fortissimi milites. Magna sunt & inextimabilia bona q̄ huius honestissimi belli uictores adipiscemini Imprimis enim q̄cunq in hoc bello adquiretis arma. equos. uestes. argentum. auq. gemmas. seruos. ancillas. agros. urbes p uicias. regna iuste & licite p nr̄a distributione possidebitis. & ultra hoc clarissimum nomen & famā eternam cum uiris illustribus consequemini Sunt hec quidē more gentilium appetenda. Nec maiora quesiuere romani. greci. barbari belligerātes. At uobis o pceres premia longe maiora pmittunt Nam regni celestis possessio & xpi cohereditas uobis affert & hec quidem non solum uincentibus. uerum etiam fortiter occumbentibus Nam quod predecessores nr̄os Vrbanos Eugenios Innocentios Alexandros atq alios fecisse constat: xpianos omnes cruce signabimus in hanc expeditionem ituros · & pugnaturis p lege domi plenissimā omnium peccatorū suorū ueniā largiemur et apostolicis cla

uibus paradiſi portas aperiemus Omnibus (inquit orator) qui patriam iuuerint. auxerint. defenderint certum eſt eſſe in celo diffinitum locum in quo beati euo ſempiterno fruant. Verius & certius hoc illis ꝓmittit qui religionem xpriſtianam & orthodoxā fidē tuebunt & aduerſus impios turchos inuictis animis bellum gerent. Feſtinemus igit ad hoc bellum in quo morientes ueram inuenietis uitam. Nam hec quo modo uiuimus uita. nequaquam re ipſa uita ē ſed potius mors que fugit uelut umbra & nunquam ī eodem ſtatu permāet Sicut lilia & flores cito deficimus Leuiſſima res eſt que hominem extinguit. Beſtiole minime nobis inſidiant: & paruuli ſerpentis morſu. & aranee nonnōquam ictu perimus Anachieon poeta acino uue paſſe Et fabius ſenator in hauſtu lactis uno pilo ſtrāgulatus eſt. nihil fragilius humana uita que cum incerta ſit eſt tamen breuiſſima Euum noſtrum ut quam longiſſimum ſit teſte dauid in ipſis. lxx. aut. lxxx. finitur annis Quod amplius eſt labor & dolor. At eſto neſtoreos uiuas annos & mathuſalem impleas etatem: quod tibi poſtquam curſus peractus ē Breue eſt quicqd finit & ſtulticia eſt in his ſpem ponere que ꝓtereunt O homo moriendum eſt qſ quis es & hec relinquenda que ſunt in terris cariſſima Nemo natus non morit: a morte mortales appellamur Nemo noſtrum nouit: an horam uicturus ſit. & tamen hec terrena diligimus. que mox relicturi ſumus. quin potius tranſitoria ꝓ perpetuis cōmutamus. Et hoc turchenſe bellum aggredimur ꝓpter quod poſſumus immortales fieri et ad illam celeſtem Ieruſalem peruenire: quā ſummus rerum opifex mira pulchritudine et artificio inenarrabili molitus ē. ī qua deum ipſum facie ad faciem uidebimus: et ipſius bonitate fruemur in qua ſanctos intuebimur. angelos uidebimus: et omnium ſpirituum beatorum ordines quaſi conciues quaſi contubernales hēbimus In qua nihil nos latebit eorum que ubiqꝫ fiunt Liberatus enī hac terrena compage animus. omnium rerum ſcientiā non ut ſentit plato recupabit. Sed ut areſtoteli et noſtris placet doctoribus cōſeqtur

Illic nihil tiebimus Nec planete nec cõete nobis formidabiles erũt quos perhorreſcunt reges. Sedebimus ut ꝓpheta teſtat̃ in pulchri tudine pacis in tabernaculis fiducie. in requie opulẽta Inueniemus ſabbatum ſine ueſpero. i. requiem ſine fine Renouabit̃ ut aquile iu uentus nr̃a que nullo ſenio: nulla temporis longitudĩe corrumpet̃ Saciabimur apparente gloria ſaluatoris noſtri: quem ſine fine uide/ bimus ſine fine amabimus: ſine fatigatione laudabimus O igitur no bile bellum O felix premium. O expectabilem pugnam: ex q̃ ſiue uincimus ſiue uincimur reges euadimus & cum deo nr̃o triumphã tes lucidas paradiſi ſedes querimus ꝓ quibus conſequẽdis ſtephãus ꝓthomartir lapidibus ceſus eſt petrus & andreas ĩ cruce ſuſpenſi. Paulus ſecuri percuſſus Bartholomeus uiuens cute nudatus. ſebaſ tianus ſagittis confoſſus. laurentius flammis exuſtus Sed nõ hec ex uobis ſupplicia uiri fortes requirunt̃. minori precio celũ promittit̃ pugnate tanto fortius pro lege domini & omnia conſequemini de q̃bus ſcribit paulus. quia nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit que ꝓmiſit dominus diligentibus ſe. O ſtul ti & tardi ad credendum in his que ſacre ꝓmittũt lr̃e digito dei re uelate atq; conſcripte O ſi adeſſent nũc godefridus. baldeuinus. eu ſtatius. hugo magnus: bormundus Tancredus & alii uiri fortes qui quondam ieroſolimam per medias turchorum acies penetrãtes ar/ mis recuperarunt Non ſinerent ꝓfecto tot nos uerba facere Sed aſ ſurgentes ut olim coram Vrbano. ii. predeceſſore nr̃o deus uult de us uult alacri & alte uoce clamarent Vos taciti finẽ orõis expecta/ tis. nec hortamentis nr̃is moueri uidemini Et fortaſſe ſunt ĩter uos qui aiũt. Multa hic pontifex loquit̃ ut nos mittat in aciem: & cor pora noſtra hoſtilibus obiiciat gladiis Sacerdotum hic mos ẽ Alli/ gant aliis onera grauiſſima. que ipſi digito nolunt attĩgere. Nolite ita pu are filii. nemo patrum ueſtrorum memoria ĩ hac ſede ſedit: q̃ pro fide xpĩ maiora fecerit q̃ nos iuuantibus uobis & fautore domi no facturi ſumus. Venimus huc (ut uidetis) non paꝛ debiles neq;

sine periculo nr̃i corporis neq; sine damno terrarum eccl̃e Pluris de fensionem fidei qua patrimonium beati petri facimus q̃ ualitudinẽ aut quietem nostram Accreuerunt expense mirum in modũ. Red ditus autem apprime diminuti sunt: Neq; ista gloriabundi referi/ mus Tedet pudetq; nos plura facere non potuisse O si que fuerãt in iuuenili corpore uires:he nunc adessent:non iretis sine nobis ad bellum neq; periculum sine nobis subiretis Ipsi ante signa precede remus Ipsi crucem xpristi portaremus ipsi uexillum xpristi ꝑfidis hostibus obiiceremus. Beatosq; nosipsos arbitraremur:quibus datũ esset ꝑ ihesu mori Et nunc si censetis non recusabimus egrotũ cor pus fessamq; animã in hanc felicem expeditõem deuouere xpiõ: ꝑ castra per acies.per medios hostes(si suadetis) lectica uehi glorioſũ putabimus Nec magna uerba ignauo ꝑsequemur animo. Cõsulite quid magis xpristiane rei conducat Nihil aduersabimur de corpo re nr̃o.de persona.de pecunia nr̃a ur̃m iudicium amplectemur:me timini uires apostolicas. Extimate quid tẽpalia quid spũalia simul conferant:& quod uobis uidet nr̃is humeris onus imponite: nihil recusabimus Duos habet eccã thesauros. Spũalem alteꝝ. materialẽ alterum. utrunq; liberaliter erogabimus & illum qui nunq̃ exhau/ riri & hunc qui nunq̃ impleri potest Impresentiarum tamen nihil aliud ex uobis petimus nisi ut bellum contra turchos gerendum de cernatis:de pecuniis conquirendis.de ducibus elegẽdis.de classibus instruendis.de sede belli de tempore expeditionis postea differemus Neq; difficilis consultatio erit: quãdo nec arma nec equi nec naues nec pecunie:nec fortissimi milites.nec pitissimi duces xpristiani de sunt. Adsit tamen communis uoluntas huius honestissimi belli gerẽ di:quam ut mentibus ur̃is inserat ille rogamus qui cũ patre & spiri tusancto regnat sine fine xpũs iesus. Amẽ. Deo gr̃as.

Copia bulle in. Turchos. Et de prerogatiuis eorundem.

Dius episcopus seruus seruorum dei. Vniuersis & singu lis xpi fidelibus Salutem & apostolicam benedictōnem Ezechielis pphete magni sententia est. Venientē gla/ dium nisi annunciauerit speculator animaꝝ que perie/ rint sanguinem de manu eius requirendum fore. Quod ueriti san cte memorie predecessores nostri Nicolaus .v. et Calixtus .iii. ab eo tempe quo turchoꝝ efferata rabies Constātinopolim expugnauit uenturū ad interiora xpristianitatis hostilem gladium clamare nō cessauerunt commonere christianos principes ac populos quāto in piculo esset nostra religio nisi occurreret hostibus priusq̄m ampli us inualescerēt suasere ut arma sumerēt defensionē catholice fidei su birēt furētibus bestiis obuiā irent. nec sinerent immanē draconē. Machumetem fideles deuorare animas Videbāt ferocem illius ani mū occupata Constantinopoli minime quietuꝝ cuius inexplebilis esset dominandi cupiditas Nec dubium quin orientali subacto īpe rio ad occidentale aspiraret. annunciata est ī tempore futuro calami tas sed non fuit credita Non fuerunt audite sanctorum pastorū uo ces: utiles admonitiones surda pertransiuit aure xpianus populus: Hungari tantum sub Calixto uigilantes arma sumpserunt qui de tuendo regno solliciti: dum suos fines obseruant custodiunt nostros Ex ipsis hungaris ac teutonibus & aliis uicinis non pauci quamuis magna ex parte pauperes. & secundum seculum ignobiles īciti ue ro in conspectu dei crucē domini assumpserunt. & magno ī hostes spiritu perrexerunt quorū potissime ausibus apud albam grecam: quam nr̄i belgradum uocant turchorum īgentes copie ꝓfligate fu erunt & Mahumetes ille terribilis ac ferox turpem arripuit fugā·

Esq 260

Nationes alie tãq̃ nihil ad eos turchorum facta ptinerent:in suis se dibus quiete manserunt Nos deide(sicut domio placuit) quãuis in digni tanto mnnere Calixto succesſimus:q mox in aplãtus inicio. Mantuanũ cõuentum indiximus.in quo de cõi utilitate.de cõibus xpianoq̃ consiliis ageremus. Vẽit ĩ mẽtẽ qđ per Isaiã scribit. Supmõtẽ excelsum ascẽde tu qui euãgelisas syon.exalta ĩ fortitudĩe uocẽ tũã q euãgelisas Ieruſalẽ.exalta noli timere.Dictũ id nobis putauimus.Satisfecimus(ut arbitramur)precepto Affuimus ĩ tẽpore prefinito nõ sine sumptu & labore graui.Ostẽdimus fidelibus xpĩanis uulnera sua:& que passi fuerant & que passuri uidebãt nisi se ipsos aduersus turchos defenderẽt Clamauimus quasi tuba exaltauimus uocem nostram.Audiuit omnis eccã sed non exaudiuit uerba nr̃a Non fuit plus ponderis nostris q̃ predecessoris uocibus.frustra conati sumus Incassum abiere labores. interea quantum creuerunt turchorum uires difficile dictu est.auditu miserum A mari pontico usq̃ ad amnem Sanum: & ab Egeo pelago usq̃ ad danubium nobilissimas interiacentes puincias sue possessionis fecere.trãsiuerunt & ipsum danubium Valachieq̃ magnam partem occupauerunt.Penetrauerunt & Sanum atq̃ agros Hungarie longe lateq̃ uastauerunt Hoc anno bosnam inuaserunt: uniuersumq̃ regnum sibi subiecerunt & insulam lesbon// Quanta uero crudelitate ĩ subactis urbibus ac puinciis usi sunt horret animus dicere In constantinopoli grecorum imperator obtruncatus est:& caput eius hasta suffixum:per castra delatum Fastianis prĩcipibus eruti sunt oculi.In lesbon multitudo puberum palo transfixa.in bosna regem qui salutem pactus sese dederat cum patruo suo Mahumetes ipse humano sanguine ĩsaciabilis sua manu(ut fertur)iugulauit. Quis nobiles uiros:quis sacerdotes commemorauerit ad cedem raptos Senes ac iuuenes in plateis immaniſſime trucidatos:ubiq̃ cruor ceſorũ uisus : ubiq̃ morientiũ gemitus auditus:nulla reuerentia matronarum .

nulla uirginum. Fedum relatu est quãtum hoc genus hominum in libidinem sit immersum Cui omnes abominatões gentium pseudo ꝓpheta quem uenerant indulsit. Quid de sacrosanctis ecclesiis di/cemus Templum illud sancte Sophie. Iustiniãi opus toto orbe memorabile Mahumetis spurcitiis reseruatum ẽ Reliqua sacraria aut diruta sunt aut polluta Altaria disiecta atq; ꝓtrita: ymagines sanctorum delete aut luto fedate Nulla saluatoris xpristi. aut gloriosissime matris eius statua sine singulari ꝓbro dimissa Simulachrũ crucifixi per derisionẽ in castra delatũ saxis & luto petitum & tandẽ in ceno relictum. O domine deus uenerunt gẽtes in hereditatem tuã polluerũt templũ sanctum tuũ. posuerunt morticinia seruorũ tuoꝝ escas uolatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre Effuderunt sanguinem eorum & non erat qui sepeliret Quamuis non potest ledi tua maiestas: nec tua gloria minui: decet tamen seruos tuos decet nos miseros xpristianos que tibi ueluti in contumeliam fiunt totis conatibus auertere atq; ulcisci Non tulit Phinees adulterantẽ sambri sed zelo incensus domini. Madianite scortum & illum interfecit Vidit Matathias sacrificantem ydolis hebreũ & doluit & cõtremuerunt renes eius: & acceusus est furor eius secundum iudici/um legis et insiliens trucidauit eum super aram. Sed quis est zelus noster: que cura religionis Blasphematur sancta trinitas. conculca/tur euangelium: sacra nostra ꝓrsus abiiciũtur Xpristianum nomẽ funditus eradicat et subticemus. Nemo est qui pro communi salute assurgat. Stat mater ecclesia dolens et gemens et non est qui consoletur eam Et quid dici de nobis potest infelicibus xpristianis nisi ꝓpheticum illud Facti sumus opprobrium uicinis nostris subsannatio et illusio his q in circuitu nostro sunt Maiores nostri. iherosolimam perdidere & omnem Asiam & Libiã Nostro tempore Grecia est amissa & Europe maxima pars. in angulũ orbis redacta xpianitas est Dei & domini nostri ihesu xpristi sepulchrum nisi sarace

ni uelint uidere non possumus. Questus causa nobis illud ostendūt Patriarchales sedes ueneratu dignissime constantipolitana Anthiocena. Alexandrina & iherosolimitana: iugo seruitutis oppresse a saracenis occupant aut a turchis non sine dedecore & ignominia xpristiani nominis: romanam ecclesiam matrem omnium fidelium ac magistrā quam beati apostoli Petrus & Paulus suo martirio dedicarunt: nunc nobis eripere Mahumetes interminatur & faciet ni si tandem excitemur a somno & cōatus eius studemus eludere. Ve vobis xpristianis prīcipibus. ue nobis: utquid nati sumus uidere cō tritionem populi nostri & contritionem sacre religionis Videmus fratres nostros in manus inimicorum rapi: & diuersis excarnifica / ri supplicius & non mouemur. Videmus indies xpristianorum ꝑ/ uincias ab infidelibus inuadi: & non angimur sed in domo quiesci/ mus Quot iam regna ab euangelio sunt aliena .que gens iam non hereditauit terram domini: & non obtinuit spolia eius. Siue orien / tem respicimus siue meridiem siue in arcton uertimus oculos ōnis: ecclesie compositio ablata est Ancillam uidemus que fuit libera: et domina gentium. Ecce sancta nr̄a et pulchritudo nr̄a: et claritas nostra magna ex pte desolata Coinquinauerūt eā turchi et saracēi et alie fediſſime gentes. Quid nobis adhuc uiuere nisi cogitamus de tā ta ifamia surgere ac pristinū recupare decorē Cōmouemur uehementer dū talia mēte uoluimus. angimur cruciamur Nec aīo possumus eē quieto. nisi prīcipes xpīanos ꝑ tutela sacre religiōis aduersus impios turchos arma sumere uideamus. Pastoralis officii nr̄i est qs nescit dominici gregis curam gerere. qui eius loco succesſimus: cui dictū est a domino. Pasce oues meas Oues xpristifideles populi sūt. his consulere nos oportet. has protegere et totis conseruare conati bus ne luporum aut aliarum bestiarum morsibus pereāt Sed quid agat infelix pastor ubi luporum innumerabiles turme: gregem inuadunt: iussique canes insurgere latrare ac defendere caulas: obaudiunt ac diffugiunt .Hec impresentiarum conditio :

noſtra eſt Turchi tanquã lupi & immanes beſtie ouile dominicum id eſt xpriſtianam plebem lacerare conant: & lacerant. Vocamus i auxilium principes tanquam cuſtodes xpriſtiãe plebis Aures claudunt: nolunt audire uocem paſtoris Poſt ſua quiſque deſideria pergit Quid agemus. Soli ne lupos. hoc eſt turchos aggrediemur. Nõ ſunt uires nr̃e que tantam uim ferre queant Nimiũ creuit turchorum potentia Nec poteſt eorum imperium deleri. niſi xpriſtianõꝝ magno conatu: magniſq; claſſibus & exercitibus Non habet apoſtolica ſedes unde iſta conquirat niſi xpriſtiani reges xpriſtianique populi opem offerant At hoc eis hactenus ſuadere non potuimus Conuentum fecimus legatos miſimus Omnia tentauimus que uiſa fuerunt ad excitandos animos pro tempore neceſſaria Non ꝓfecimus: Quomodo nunc ꝓficiemus. Quid ergo. Negligemus ne fidei defenſionem. Minime quidem. Paſtor bonus inquit in euangelio ueritas animam ſuam ponit pro ouibus ſuis Mercenarius ãt: & qui nõ eſt paſtor: cuius non ſunt oues ꝓprie uidet lupũ uenientem & dimittit oues: & fugit & lupus rapit: & diſpergit oues Admonemur his uerbis qdnã agere debeamus. Extrema oĩa tẽtanda ſũt ꝓ ſalute domici gregis In grauioribus morbis grauiora adhibẽt remedia medici. Idẽ & nos facere cõuenit. Non decet paſtorẽ ſuas oues relinquere Occurrere lupis oportet etiamſi ſit anima ꝓ grege ponẽda Paſtor bonus imitandus eſt dominus noſter iheſus & optimi preceptoris ueſtigiis inherẽdum. qui uerbo qđ docuit opere adĩpleuit Alios hactenus exhortati ſumus defenſionẽ fidei ſuſcipere atq; in bellũ ire. miſſuri legatos: & alia facturi: q̃ nr̃e facultates ſufferre poſſent: manſuri ꝓ neceſſitatibus eccleſie apud ſepta ouium que reſtãt nondum expugnate. Nunc maiora promittemus & quando aliter excitare xpianorum torpẽtia corda nõ ualemus: noſipſos periculis obiectabimus: noſtrũq; caput aduerſus turchos offeremus in bellũ & quãtum nobis eccleſia rõana & pr̃imoniũ beati petri miniſtrare:

poterit tantum ꝑ fide catholica ꝑtegenda exponemus: & ꝑfunde
mus in hoc itinere Nec soli ꝑficiscemur in hostes. Clarissimo gene
re natus & amabilis deo princeps philippus burgundie dux ī hanc
expeditōem uenturum se offert non sine delecta militū māu & ex/
ercitu ualido Potentis & clari uenetoꝝ ducis xpōferi mauri ingens
& formidanda classis superioribus mensibus in greciā nauigauit totā
qꝫ fere Pelopōnesum ui atqꝫ armis eripuit hosti Ischumēqꝫ peni'su
lo qui sex milibus passuum ī ter duo maria patet Vndecī (ut aiūt)
diebus excitatis muris ac turribus clausit mēorabile factū & inter
preclara ueterum opa nūerādū Hec eadem classis (ut ꝑmissum est)
nobis non deerit Spondēt quoqꝫ & ceteri ytalie potētatus ꝑ sua re
ligione & in commune bonum affectōe precipua tā scō digna ope/
re auxilia Fauente nobis altissimo maritimū bellum feliciter absol
uemus quoniā turchi non sunt ꝑes in pelago uenetis. Ex altera ꝑte
in terra pugnabunt Hungari genus hominum in bello ferox & iā
turchos uincere didicerunt Inclitus rex gentis Mathias iam coro/
nam & pacem in regno consecu'us ingentes poterit deriuare atqꝫ ī
prelium ducēr copias Hec nobis certissima sunt belli presidia Cū
his ibimus Cum his dei prelium decertabimus Erunt & albani no
biscum: & multi per greciam (ut speramus) & alias hosti subactas
prouincias a turchis deficientes castra nostra sequentur. Xpristiāi
enim sunt oderuntqꝫ Mahumetem. Hosti parent coacti metu qui
non est diuturnus magister officii Vt primum spes libertatis affu
erit aduersus insolentes dominos cornua erigent. Nec deerunt in.
Asia metus ut sunt in omni gente atque in omni prouincia male
pacati homines & nouitatum cupidi qui tempus expectant. Non
erit facile turchis tot locis occurrere. Difficile defenditur quod un
dique a multis oppugnatur. Quod siquis innumerabiles hostium
copias esse dixerit. nec putauerit in castris fidelibus parem nume/
rum cogi posse. Respondemus multum ī ter se distare hoīes: & alios
natura imbelles eē. alios feroces. Virtus spectanda est magis quam

numerus Non est in multitudine exercitus victoria belli. De celo fortitudo cōcedit. Tam facile deo nr̄o ē in paucis uincere q̄ ī multis. Nr̄a causa dei est: ꝑ lege dei pugnabimus: ipse deus cōteret hostes ante faciem nr̄am. Audimus susurrare aliquos Non desunt qui murmurantes aiunt. Quid ages in bello senex egrotus sacerdos Nō est bellare tuum. nec potes nec debes ferire gladio qui loco eius suffectus es cui precepit dominus ut gladiū in uaginā mitteret. reges tuo iussu tenent. enses exerere Tuum est iusta bella gerentibus benedicere Fatemur non conuenit nobis effundere sanguinem: quādo per alios possumus iustitie fideiq̄ necessitati subuenire: ꝙ si religio in periculo est & absq̄ nr̄o non potest ferro defendi non est nobis uetitū quod Samueli & helie legit. fuisse permissum Sed nec est hoc ꝓpositum nr̄m ut gladio pugnemus ī bello. Nam quo pacto strīx erimus ensem: qui uix manum ad benedicendum populum possumus eleuare. Oratione pugnabimus non ferro: precibus adiuuabimus preliātes non brachiis. Erimus in alta puppi aut ī aliquo mōte ꝓpiquo dū preliabit. & nr̄is benedicemus. hostibus uero malidicemus quemadmodum de moise legit. in bello amalechitaꝝ quo orāte uincebat yſrael: cessante orare succumbebat Orabimus & nos sine intermissiōe ꝓ bellatoribus nostris. hoc prestare poterimus. hoc sedulo faciemus. Cor contritum & humiliatum non despiciet dn̄us. Possemus & hoc ipsum domi manentes facere. nec minus ualerent preces. Sed non est sola orationis causa que ꝓpriam sedem relinquere cogit & ī bellum trahit Vt alios excitemus pergimus. Exemplo nr̄o q̄plurimos inuitare studemus Sequent. & nos uenerabiles fratres nr̄i sancte rōane eccē cardinales quemadmodū ad hoc ipsū q̄ualidi sūt spōte se obtulerūt Sequēt. & epi q̄plures & alii mīoris ordinis sacerdotes & clerici. non oraturi tantum uerumetiam pugnaturi cū res ipsa postulauerit Expertas quoq̄ bellorū & robustissimas militum cohortes: & fortia pectora iuuenum ex agris ecclesie ducemus ad prelium: qui nobis orōe pugnātibus ferro pugnēt. Ibimus

extenſo dominice crucis uexillo Sacratiſſimum xpriſti corpus pre cedet & ſanctarum reliquiarum arcula Saluatorē in bella uadētem ſequemur Ipſi coherebimus. ipſi preces aſſiduas porrigemus. ab ip ſo ſaultem īplorabimus Miſerebit nr̄i (ut arbitramur) piiſſimus ie ſus nec populum ſuū in hoſtium manus uenire permittet: cuius pre cioſiſſimus ſanguis ī ara crucis effuſus a maligno nos hoſte liberauit Et quis erit xp̄ianorum tā feri tam lapidei tam ferrei pectoris: qui audiēs romanum pōtificem beati petri ſucceſſorē domini nr̄i ihesu xpriſti uicariū. eterne uite clauigerꝝ. p̄rem ac mgr̄m uniuerſoꝝ fi/ deliū cū ſacro ſenatu cardinaliū cleriq̄ multitudīe in bellū ꝑ tuenda religione ꝓficiſcentem libēs domi remaneat Et q̄ poterit excuſatio quēquā iuuare: ſenex. debilis. egrotus in expeditōem pgit & tu iu/ uenis: ſano ac robuſto corpore domi deliteſces Sūmus ſacerdos. car dinales. epiſcopi preliū petunt: & tu miles. tu baro: tu comes: tu mar chio: tu dux: tu rex Tu imperator in edibus propriis ociaberis Sic cine peruerti hominum officia patieris: ut que ſunt regum ſacerdo tes agant: & que nobilitati conueniunt ſubire clerum oporteat. Ne ceſſitas ire nos urget quia non poſſumus alio pacto pro diuine le / gis defenſione xp̄ianoꝝ animos commouere Vtinam & hoc mō cō moueamus. Non pergimus in bello tanquam noſtri ſit officii : Sed quoniam aliter conſulere fidei non ualemus. Neſcimus an hoc ſuf ficiēs remedium erit. Mādauit dominus beato Petro ut titubantes fratres ſua conuerſione firmaret dicens Ego rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Quod petro dictum eſt & nobis dictum intelligimus. Confir mare fratres qui titubant debemus Confirmabimus uos fratres & filios (ut ſperamus) hac profectione noſtra. & ita non preualebunt porte inferi aduerſus eccleſiam dei nobis commiſſam. An denega/ bitis nobis auxilia ueſtra: & caput ueſtrum: patrem ac magiſtrum in hoſtes proficiſcentem fideles xpriſtiani relinquetis ¶ En

quanta gloria uobis erit crucem domini cum ſacratiſſimo corpore ieſu: ipſumq; romanum preſulem ſine ueſtris preſidiis in hoſtem p/ gere. Noſcite reges ac principes officium ueſtrum Idcirco gladium geritis ut eccleſiam fidemq; tueamini. atq; ut malos & iniquos ho/ mines debita pena coerceatis Et quinam homines peiores q̄ turchi reperiunt: qui fidem ſancte trinitatis abiiciētes: & ſaluatorem xpri ſtum uerū deum eē negantes abomiabilem Machumetis coplexi le gem in oia ſcelera ꝓlabunt. & iā maximā orbis partem ſuis nephan diſſimis abuſibus fedauerunt: & legem conant euangelicam diſſipa re Aduerſus hos gladium dedit uobis diuina maieſtas In hos illum exercere debetis ac diuinam ulciſci cōtumeliam An nō pudet tam diu tā fedā gentem tā turpiter in xpriſtianos eē graſſatā. An bellū non ſatis iuſtum neccārium eſſe putatis aduerſus natōes q̄ conuene/ runt diſpdere uos & ſcā uŕa Accingamini iā tādē & quoniā ſine no bis ire non uoluiſtis ite nobiſcū. ſumite arma & ſcutum & uenite ī auxilium noſtrum: ymo uero ueſtrum & uniuerſe reip. xpriſtiane Exemplum de Philippo recipite quem nec domeſtice delicie (qbus prouincie ſue plurimum abundant) nec ſuorum preces. necitineris longitudo aut difficultas: aut ſenectus ipſa ex ꝓpoſito ſuſcipiēdi cō tra turchos belli uſq; in hanc diem deiicere potuerūt: neq; fauente domino in futurum deiicient Imitamini hunc nobiliſſimum prin/ cipem: mementote ꝓfeſſionis ueſtre quam in baptiſmate ſubiiſtis. Cogitate quantum deo tenemini & quantum ꝓximo Reddite uicē ꝓ ſuſceptis beneficiis. Eſtote grati altiſſimo qui uos creauit ex nihi lo Nec animalia bruta aut lapides ſed homines rationales eſſe uolu/ it Et cum primi parentis culpa damnati eētis ac mancipia facti dēo num: miſit filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati qui morte ſua mortem ueſtram deleret. ¶ Stupenda & inextimabilis caritas. Vt ſeruum redimeret filio ſuo non pepercit. ¶ Dominus Iheſus in cruce pro nobis inter latrones pependit. ¶ Innocens agnus

nocēs agnus cum sceleratis deputatus est. Speciosus forma pre filiis hominum euerberatus laceratus ab ipiis deformis apparuit A plā ta pedis usq; ad uerticem non erat in eo sanitas neq; speties neq; de cor Sic placitum patri qui ꝓpter peccata nostra tradidit illum. Propiciatorem enim ꝓposuit eum per fidem in sanguine suo. Iniq tates nostras ipse portauit & liuore eius sanati sumus qui cum īimi/ ci essemus reconsiliati sumus deo per mortem filii eius. O crudelis xpīane O ingrate. O mentis inops Potes ne ista audire & nō anīo commoueri & non cupere ꝓ illo mori qui ꝓ te mortuus est. De ho nore illius agit̄ qui te de diabolica seruitute precioſissimo sanguine suo redemit De xpristi nomine disceptatur. de fide catholica. de ba ptismo. de ceteris ecclesie sacramentis: de sacrosancto euangelio. Ad uersus hec omnia Turchi militant Hec euertere ac ꝓrsus delere co nant̄ & tu nihil contra moliris Quid agis iners Redde te gratum deo & cogita quonam pacto creatori redemptorique tuo aliqua ex parte satisfacias. Et quoniam peccator es. redime tuas iniquitates: hac tam sancta & salutifera ꝓfectione. An diuitias bonitatis domi ni & pacientie & longanimitatis eius contemnis. An ignoras quo/ niam bonitas dei ad penitentiam te adduxit. Caue ne secūdum du ritiam tuam et impenitens cor iram tibi thesauriſes in die ire et re uelationis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum opa eius Conuertere et agito penitentiam ab omnibus iniquitatibus tuis et non erit tibi ruina. Propterea expectat dominus ut misereatur tui. Proiice preuaricationes antiquas et fac tibi cor nouum et spiritum nouum et ueni Milita pro domino ne morte moriaris eterna Cogi ta de ꝓximis tuis et frībus xpīanis qui uel sunt ī captiuitate turcho rum dura seruitute pressi uel captiuari indies atq; in seruitutē rapi uerent̄ Si homo es humanitas te trahere debet ut opem feras homi ni indigna ferenti. Si xpristianus: pietas euangelica qua iube / mur proximos tanquam nosmetipsos diligere:

Cõsidera ꝓximorum tuorum Christifidelium erumnas: in quos Turchi deseuiunt Filii e complexu parentum & infantes ab uberibus matrum eripiunt. Violant uxores in conspectu uirorum. Senes tanquam inutiles occiduntur Iuuenes tãquam boues aratro iũgunt & terram uomere uertũt Miserere fratrum tuorum. Affer opem iam dura ferentibus. Quod si nihil horum te trahit at saltẽ de tua salute cogita Nec te tutum idcirco existimes quia mansionẽ fortasse ꝓcul a turchis sortitus es. Nemo tam remotus est quin reperiri queat. Si uicinum dimiseris in periculo qui ante te ꝓximus ẽ igni: dimitteris & ipse similiter a uicino: qui retro te habitat Tales oportet nos esse in alios quales erga nos illos cupimus ĩuenire. Nolite auxilia Gallorum sperare Teuthones: nisi & uos Hũgaris. nec uos Galli Hispanorum nisi Theuthonicis opem fertis. Qua enim mensura metieritis eadem remetiet & uobis. Nec ꝓpterea sibi qs piam blandiatur quoniam principatu polleat aut regno. Constantinopolitanus imperator & Trapezũcius & rex bosne & Rascie domini & alii quamplures principes capti & crudeliter occisi: quid sit expectandum edocent Nihil tam contrarium Machumeti quã nomen regium Orientis adeptus imperium ad occidentale festinat. Nouam erigere monarchiam conatur uni Turchorum imperio & uni Mahumethee legi cuncta sũmittere studet Si potestis talia ferre principes ac populi Christiani manete domi. nec iam de subuertenda formidabili Turchorum potentia cogitate. At si seruile iugum horretis Si contumeliam dei et ꝓximi tolerare nequitis Si pudet semiuiros Asiaticos grecorum gentem (quod nunquam ãtea fecerunt) subegisse: eoque superbie ꝓrupisse ut Europam sibi totam breui tpe pituram spent Si cor uirile uobis est. cor nobile. cor altum. cor xp̃ianum Sequimini uestigia p̃ris ur̃i. sequimini castra nostra Venite in auxilium fidei Venite in auxilium fratꝝ uestrorum Oppõite uos murꝝ p domo dei. Cogitate de ur̃a salute. de ur̃a gloria: nolite ꝓmittere ut sine ur̃is auxiliis ꝓficiscamur in Turchos.

Mitte ſubſidiarias acies Iuuate xp̃ianum exercitum Quanto fortiores ibimus tanto citius(auxiliante domino)cum victoria reuertemur Nec putetis inſuperabiles Turchos eſſe Vīci & poſſunt & ſepe victi fuerunt. Quantum ualerent arma Turchorum belgradus oſtendit Minor eſt turchorum potentia q̃ fama ferat Imbellē at / q̃ inermem multitudinem ad prelium ducunt quam tanquam pecudum gregem diſſipare licebit. Nec ipſa Turchorū agmina grauioris armature uſum didicere. Raras loricas. rariores toraces induunt. Nec galeas more noſtro lucentes oſtendunt. Raro teguntˢ corpora ferro. Acinate utuntˢ & arcu. Parma ſe ꝓtegunt & galeis pilo ſa quadam materia duraq̃ contextis. Quod ſi latinas inciderint acies: rigentes calibe ferrataſque haſtas & cathafractos equos & manu baliſtarum ſagittas ītelligent cum mulieribus ſe hactenus pugnaſſe: nunc cum uiris eſſe certandum. Diximus que nobis actenus promiſſa ſunt auxilia & quāta ſpe victorie ꝓcedamus. Quod ſi uos quoq̃ coniunxeritis arma & auxiliares addideritis turmas multo acriores ibimus. Nec dubium quin orientales ingreſſi ꝓuincias tāto maiorem ad nos concurſum inuenient dedentium ſe populorū quāto ualidior fuerit noſter exercitus. Si mouebimini uos Xpriſtiani occidentales & animarum ueſtrarum paſtorem ſecuti fueritis . mouebuntˢ & multi ex Grecia atq̃ Aſia Xpriſtiani q̃i uerum eē Xpriſti uicarium romanum pontificem non dubitant Iamdudū non fuit in oriente romanus preſul. Vt primum innotuerit aduentaſſe latinam claſſem romanum uehentem preſulem innumerabiles turme non dubitamus ad uiſendum beati. Petri ſucceſſorem cū fletu & lacrimis ſacros oſculaturi pedes accurrent. ſeq̃ et ſua ꝓmittent ei . ¶ Hac ſpe freti uenerabiles fratres ac filii dilectiſſimi. his rationibus pſuaſi. His conſiliis moti uenerabilibus fratribus noſtris cardinalibus hocipſum ſuadentibus corpus noſtrum caniciemque noſtram & ſeniles ac debiles artus huic ſancte expeditioni conſecramus: domino q̃ commendamus: ſtatuentes circa nonas. Iunias(q̃

ꝓxime iſtant) Anchonam petre atq; in eius portu nauem conſcen
dere et cum ea claſſe quam interim noſtro & aliorum ſumptu po/
terimus inſtruere Adriaticum ingredi pelagus et ulterius recto iti
nere aduerſus hoſtes fidei proficiſci. Non dubitantes quin Philip/
pus burgundie dux maritimis armatus copiis ad idem tempus pre
ſto adſit Veneti q; ualidam claſſem (de qua dictum ē) expeditam
in mari habeant & tam ille q̃m iſti ſeſe nobis cõiungant ſub uexil/
lis eccleſie ac uiuifice crucis ſigno aduerſus impios turchos autore
domino felciter pugnaturi Cruceſignati autem qui ſuis aut mit/
tentium ſumptibus in hac pia expeditione militaturi ſunt ut naui/
gia equo precio ad traiiciendū uenetis hebeant curabimus Ea prop
ter uos omnes & ſingulos cardinales. patriarchas archiepiſcopos.
epiſcopos. abbates & cuiuſcunque conditionis uiros eccleſiaſticos.
religioſos & ſeculares qui de ſorte domini effecti eſtis Vos quoque
imperatorem. reges. duces. marchiones. comites. communitates. ba
rones. nobiles. milites ciues & alios quoſcunique fideles ſiue in ur/
bibus commoremini ſiue in agris per uiſcera miſericordie domi nr̃i
Ieſu xpriſti. per paſſionem eius qua nos redemit. per iudicium ex
tremum in quo ſtabitis ante tribunal eius accepturi unuſquiſq; ſe/
cūdum opera ſua Per ſpem uite eterne quam repromiſit dominus
diligentibus ſe obnixe monemus. requirimus & obſecramus ut que
commode poteſtis in hanc ſanctam expeditiōem nobis auxilia pre
bere non differatis ſed in tempore predicto ad nos mittatis Veniat
per ſeipſum qui ualidus eſt & commode poteſt Qui uero non uēit
mittat alium aut alios iuxta uires ſuarum facultatum. Si neque a/
lium poteſt mittere: de bonis ſibi a deo collatis quantum ſecundum
conſcientiam ſuam poteſt per fideles manus in hanc expeditionem
contribuat: aut in ciſtis reponat que ad hoc opus in ſingulis dioceſi
bus conſtituent̃. Nec dubitat quiſpiam magna premia conſecutu/
ros a domino eos qui hoc ſanctum opus & tam neceſſarium pro ſu
is uiribus adiuuerint. Manifeſtum enim exploratumq; ē omnibus

qui ſacroſanctam religionem fidemque orthodoxã adiuuerĩt.auxe
rint.defenderint.certum eſſe in celo diffinitum locum in quo beati
euo ſempiterno fruant̃. Credẽdum eſt ſemper ſacris ueteribuſque
ſermonibus:poſt hanc uitam migrandam eſſe in alteram aſſerenti/
bus// Et qui pie in hoc ſeculo uixerunt legemque domini ſeruaue/
runt.in altero uitam beatam ſine fine conſecuturos. alios uero miſe
ram:infallibile ꝓpheticum illud eſt quod neq; oculus uidit.nec au/
ris audiuit.nec in cor hominis aſcendit que ꝓmiſit dominus diligẽ
tibus ſe:& q; (Paulo teſte)non ſunt condigne paſſiones huius ſecu
li ad futuram gloriam que reuelabit̃ in nobis. Iuſtiſſimus eſt retri
butor dominus qui nec bona ſine premio:nec mala ſine pena prete
rit Confidite in deo & non confundemini.Date de bonis ur̃is ei q
dedit uobis & centum accipietis ꝓ uno.& uitam eternam poſſide/
bitis:quam ut certius conſequi ualeant:qui noſtris exhortatiõibus
obedientes hoc ſanctum opus & neceſſarium iuxta poſſibilitatẽ ſu
am adiuuerint.Nos de omnipotentis dei miſericordia & beatorum
Petri & Pauli apoſtolorum eius autoritate confiſi de plenitudĩe po
teſtatis celitus nobis conceſſe omnibus uere penitentibus & confe/
ſſis qui in hanc expeditionem nobiſcum uenerint aut per hungari/
am aut aliam uiam contra Turchos arma ꝓtulerint & per annum
aut ad minus per ſex menſes ſi amplius non potuerint in bello per/
ſeuerauerint pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum remiſſionẽ
& ueniam elargimur:ita ut ꝓ ſatiſfactione delictorum & penarum
que fuerant imponende ſuccedat labor itineris atq; militie Nec ſa/
cerdos aliam penitentiam confitentibus iniungat qui uenturi ſunt
Volentes eos qui (ut premiſſum eſt) ad hoc ſanctum opus ꝓficiſcẽ
tur:omnem gratiam & indulgentiam conſequi: quam noſtri prede
ceſſores ꝓficiſcentibus in ſubſidium terre ſancte & in anno iubileo
romam petentibus dare conſueuerunt non dubitãtes: quin anime
illorum quos ad hoc bellum proficiſci bona mente contigerit:cum
beatiſſimis ſanctorum patrum & ãgelorum dei ſpiritibus:poſt hãc

uitam in celestibus sedibus collocent̃ & consortes imperpetuũ xpi facte eterna felicitate fruant̃. Quod si forsitan anno nõ exacto ip/ sor̃ aliquos post iter areptum in ꝓsecutõe tam pii & tam sancti ope ris ex hac luce migrare contigerit uolumus & concedimus ut tales nihilominus prefatam indulgentiam ītegraliter cõsequãt̃. Simili/ ter & eos qui non ueniẽtes alium uel alios suis expẽsis secundum su arum uirium facultatem trãsmiserint uice sua ad annum aut ad mi/ nus ad sex menses in hoc bello militaturos ita ut non solum mitten tes indulgẽtiam & gratiam huiusmodi consequant̃ sed etiam missi Et ut omnis etas & sexus & cuiuscũq; ꝓfessionis homines huius sã cte indulgentie participes eẽ possint uolumus ut persone quorũcũ q; monasteriorum seu locorum religiosorum marium siue mulierũ cuiuscũq; ordinis seu ꝓfessionis existant: que ꝓ singulis decem sup positis claustri sui unum bellatorem destinauerint Hac eadem in/ dulgentia & gratia plenarie gaudeant & missus ipse gaudeat. Itẽ concedimus et indulgemus uniuersis fidelibus qui non ualẽtes p se singuli alium mittere duo simul tres ue aut quattuor aut plures usq; ad decem unum miserint: qui uice eorũ in bello pugnaturus aut aliud opus utile facturus interfuerit uolentes ut & ipse pariter gra tie particeps fiat si per annum aut ad minus per sex menses cõtinu auerit. Aut post iter arreptum in uia decesserit Insuper qui commo de uenire aut alium per se uel cum alio aut aliis mittere non ualens quãtum per hebdomadam cum familia sua exponere consueuerit ī arca in sua ciuitate uel dyocesi ob hanc causam cõstituenda imposu erit indulgentias huiusmodi pariter assequat̃. Volumus autem & a postolica auctoritate mandamus ut quicunq; huic operi tam sancto se obligauerint salutare signum uiuifice crucis uestibus imprimãt. & in humeris suis illius memoriam portent cuius passione ab eter na damnatione redempti sunt: ipsum ymitantes· cui ob nostram re/ demptionem crux imposita fuit: cum factus est principatus super

humerū eius:& q nos admonens ad ſectanda ueſtigia ſua. Qui uult
īquit uenire poſt me:abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam &
ſeq̄tur me Ne uero hec noſtra ꝓfectio & ipſum ꝓfectionis tempus
fideles populos lateat. mandamus omnibus & ſingulis per totū or /
bem metropolitanis.in uim eius quam nobis debent obedientie ut
ipſi primum in eccleſiis eorum cantata miſſa ſolemni ſpiritus ſc̄ti
& conuocato populo has noſtras litteras publicent & in circuitu ec
cleſiarum proceſſiones faciant Deinde copias earum autenticas ſuf
fraganeis ſuis quantocius mittant. Illos monentes ut & hocipſum ī
ſuis eccleſiis cum deuotione & diligentia faciant Ceterum in tan /
to xpriſtiane religionis diſcrimine quantum a Turchis impreſen /
tiarum cernit̄ imminere:nulli dubium eſſe debet quin xpriſtiāi o̅ /
nes tam reges & principes quam alii potentatus & priuati homines
ad defenſionem catholice fidei & ſancte legis euangelice iuxta poſ /
ſibilitatem ſuam cum bonis & corporibus ſuis de neceſſitate ſalutis
uiriliter aſſurgere & indeſinenter aſſiſtere teneant̄. Ea ꝓpter fide /
les ipſos ihesu xpriſti cultores uniuerſos & ſingulos cuiuſcunq; ſta
tus & conditionis fuerint:ſiue pontificali ſiue imperatoria uel rega
li prefulgeant dignitate harum ſerie monemus ac requirimus: & ī
uim ꝓmiſſionis facte in ſacri ſuſceptione baptiſmi & in uī iuramen
ti preſtiti cum dignitatum ſuarum infulas ſuſceperunt: & per obe
dientiam nobis debitam eis & eorum ſingulis mandamus ut hāc ſc̄ā
ctam expeditionem ad quam ꝓfecturi ſumus non ſine maximo cor
poris noſtri diſpendio modis q̄bus poſſunt q̄celerrime adiuuare &
ꝓmouere feſtinent:ab illo cuius cauſa agit̄ exuberantia ſuſcepturi
premia & in preſenti uita et in futura Negligentes autem negligē
tur et in extremo iudicii die minime inter illos inueniēt̄ quibus di
cturus eſt dominus. Venite benedicti patris mei percipite regnum
Nam quo pacto cum xpriſto regnaturus eſt:qui temporale regnū
aut delicias aut uoluptates ꝓ xpriſto non uult relinq̄re cū dicat ip /
ſe xpriſtus in euangelio Qui diligit patrem ſuum et matrem ſuam

aut uxorem aut filios pluſq̃ me non eſt me dignus. Conſiderate iſ/
ta fideles xpriſtiani & mente reuoluite diligenter: ne ignorantes ig
noremini: & tandem peniteat non adiuuiſſe in periculo conſtitutã.
Iheſu xpriſti religionem & fidem Caueant ſibi qui tales extiterĩt
Tu uero quicũq; fueris xpriſtiãe fidelis qui ꝓ tuis facultatibus ex
peditionem contra turchos ſubeundam adiueris. Benedictus eſto
in ciuitate & benedictus in agro. benedictus fructus uentris tui &
fructus terre tue fructuſq; iumentorum tuorum & armentorũ: et
gregũ. benedicta horrea tua & benedicte reliquie tue. benedictus
eſto ingrediens & egrediens Det dominus inimicos tuos qui cõſur
gunt aduerſus te corruentes in conſpectu tuo & mittat dominus be
nedictionem ſuper cellaria tua & ſuper omnia opera manuũ tuarũ
& abundare te faciat omnibus bonis: & conſtituãt te in caput et nõ
in caudam. Tibi autem qui nolens audire uerba noſtra non modo
iuuare opus ſanctiſſimum ad quod anhelamus negligis uerumetiam
uolentes adiuuare impedis aut deterres. Non ſolũ nouiſſima illa tre
mendi examinis dies coram redemptore tuo cui omnia dedit pater
in manus ad ſempiternum ſupplicĩ eſt exſpectanda ſed miſera inte
rim per omnem uitam timenda calamitas. Iuſtum eſt enim ueri dei
iudicium. Iuſte ultiones ſue Conſiderat ſemitas pedum tuorũ nec
falli in faciem poteſt. Paratam uero bonorum et malorum operum
gerens mercedem nec irremuneratum quod bene: nec impunitum
quod male geſſeris: eſſe permittet. Fidelis autem populi ſui et ſanc
te eccẽ ſue et legis ſue catholicam fidem perturbans ubicunq; eris
inuenieris ab eo et que diuine uoces iniquis denunciant erunt tuo
capiti horis omnibus trepidanda. ne uidelicet maledictus ſis in ciui/
tate. maledictus in agro: et ne mittat dominus ſuper te eſuriem &ſi
tim et increpationem in omnia tẽpora tua: ne egeſtate. febre. et fri
gore te percutiat: ne ſis ſemper calumniam ſuſtinẽs et oppreſſus cũ
ctis diebus et ſtupens ad terrorem eorum que uidebunt oculi tui.
ne det tibi dominus cor pauidum et deficiẽtes oculos et aĩam erroꝝ

cõsumptam:et ne sit tibi uita tua quasi pẽdẽs ãte te.et ne timeas no
cte ac die & non credas uite tue Aduersus uero hanc iram domini
dei tui potestas nulla tua:nomen nullum tuũ nec terrenũ priuilegi
um poterit preualere Sagitte eius acute penetrant ad intima cordis
& carbones desolatorii animam nocentem exurunt· Vos uero infe
lices pirate & infelices latrones qui uel terra uel mari dyabolo mi/
litantes in xpristianos latrocinia exercetis si euntes ad hanc sanctã
expeditionem:si redeuntes ab ea impedire carpere uel spoliare quo
cunq; pretextu eritis ausi: Vos ĩquam cum adiutoribus uestris cũ
fautoribus ac receptoribus anathema estote & ab eccã xpristi peni
tus alieni Vos quoq; qui scienter his uenditis aliquid emitis ab his
aliquid . portum aut loca eis conceditis. cum eis publice uel occul
te communicatis pariter anathema estote In uos autem uniuersita
tes locorum & ciuitatum mandamus per ecclesiarum prelatos iter
dicti sententiam ferri.nolentes ullum priuilegium sedis conciliorũ
ue quancunq; uerborum uim habeat uos ab hac pena defendat:ẽt
si de uerbo ad uerbum inseri uel particulatim illud exprimi & recẽ
seri oporteret. At tu domine deus qui nosti corda hominum & re/
nes illorum scrutaris & nihil ignoras eorum que fiũt si bene agũt
xpristiani principes priuatiq; hoĩnes.si de tuo honore solliciti sunt
si expeditioni quã p tuẽdo euangelio preparamus que prestare po
ssunt auxilia non denegant Adiuua eos:dirige gressus eorũ diesque
multiplica:retribue mercedem p benefactis. conserua eis regna &
principatus.patrimonia & possessiones auge & tandem ad pinguia
pascua tua & diuites mensas accersito. q; si corde indurato sua poti
us q̃ tua querentes priuatas causas magis quã publicas curant aua/
ritie studeant, uoluptatibus ac deliciis indulgent & nos ad tua bella
uadentes nolunt associare aut auxilio iuuare cum possunt quin po/
tius opem ferre uolentes impediũt:aut conuerte illos domĩe & sana
quod infirmum est:aut quod noxium est ne noceat cohibeto.ãgus
tias nr̃as aspicis:pie deus de excelso scõ tuo & nosti qa preter glo

riā noīs tui & preter ſalutē gregis dnīci nil aliđ q̄rit uox nr̄a.memē to dnē ihū xpē quoniā btō petro & ſucceſſoribus eius claues regni celoꝝ tradidiſti uolēs q̄cūq; ligarēt ab eis ī terris ligata eē ī celis: q̄ ſoluerēt ſoluta. Ecce aſſū bti petri ſucceſſor. ip meritis autoritate nō mīor īdignus uicarius tuus.reſpice ad preces nr̄as & exaudi nos de alto ſolio tuo.benedicito qbus ip̄ī benedicīūs & qbus maledi xeriūs maledicito.ne mēmeris īiqtatū nr̄aꝝ ātiq̄ꝝ.cito ātícipēt nos mīe tue adiuua nos đus ſalutaris nr̄.& ꝓpter glām noīs tui dnē libera nos & ꝓpicius eſto pccīs nr̄īs ꝓpter nomē tuū.da felicē curſū ceptis nr̄is ultio ſāguīs ſeruoꝝ tuoꝝ q effuſus ē a turchis ītroeat ī cōſpcū tuo.au di gēitus cōpeditoꝝ & redde īimicis nr̄is ſeptuplū ī ſinu eoꝝ ī ꝓperiū qđ ex ꝓbauerūt tibi.reſpice ſup pplūm tuū benignis oculis.fac nos ire cū ꝓſpitate ad bellū tuū ac reuerti felices. da nobis uictoriā de tuis hoſtibus ut tādē recupata grecia ꝑ totā europā. dignas tibi cāteūs laudes tibi q̄ ppetuo ſeruiauus & oīs terra te adoret & noī tuo pſallat ī iclā ſclōꝝ dat.ro.apđ ſāctū petꝝ.an.īcar.dnice.m.cccc.lxiii xi. kal.nouēbr̄ pōtificatus nr̄i:an.ui.

REuerēdiſſiō ī xpō pr̄i dnō Sbigneo ſacroſcē rōane eccē titulo.ſcē priſce preſbr̄o.cardiali ac pōtifici cracouiēſi dnō ſuo colēdiſſiō. Eneas epūs.ſenēn.S.p.d.ſeq̄ cōmē datū fcit Heraldus alfōſi regis portugallie.nicolaus ci zaſtruuſtrii tuas mihi expcātiſſiās lr̄as: cūq; his aduerſus hieis & a qlōis ferocē ſpūm armaturā egregiā reddidit ueſtē pelliceā mardu rinā.ī hac r̄giōe nō ſolū utilē uel ēt nccāriā:cōfiteor magnū muūs nō tā recipiēte q̄ mittēte dignū referrē tue liberalitati gr̄as niſi ſci rē male reddi beneficiū uerbis qđ fcīs acceptū ē:ſed cū ſī ego ex his epīs quos nr̄a italia nutrit qbus eccē frōdoſe magis q̄ fructifere ſūt cogor tecū id ager̄ qđ priuati hoīes erga r̄ges fcītāt.nā cū nec equos nec tabulas pictas.nec theurōata r̄mitter̄ poſſīt aīm illis offerūt.ſūe igit & tu aīm meū q̄uis būc tibi iā diu dicaueri neq; rē mō nouā affe rā ſed qd moror ꝑtē beneficii magnā r̄ddidit q libēter accepit. ego

nō mō libēter sed cupide donū tuū admisi: nō tā q̄ precioſū ē q̄ q̄ a te miſſū claro & preſtātiſſiō p̄re: q̄ me nūq̄ uidiſti & tamē amare dignatus es ſed hoc miſſo ad l̄ras trāſeo eaꝝqa plīme ꝓtes ſūt ꝓ captu meo ad ſīgulas ex ordīe reſpōdebo. in capite eplē tue quoniā diu ad te olī miſſis reſcribere diſtuleris. ego & ſi mille ānos tacuiſſes nihil tamē ſiniſtri concepiſſ ē neq̄ te mihi mutatū credidiſſē. taciturnitatis aliā q̄ris cām q̄ mutatōem aī reputaſſē. ſcio enī te uiꝝ cōſtātē & īaicitia ſolidū. q̄ neq̄ more adoleſcētuloꝝ mō amas mō odis neq̄ cōtra theofraſti precepta poſtq̄ amaueris de aīco iudicas. expēdis hominē diu ātēq̄ recipias: receptū toto admittis pectore & q̄ſi te alteꝝ colis neq̄ ſi deceptus ſis ſtatī abs te hoīem repellis: diſſuere potius īutilē aīcitiā q̄ rūpe ſoles. q̄uis ergo cōſcius mihi ſī nō eē ī me uirtutēque tuā ſuſtinere aīcitiā poſſit. ē ī te tamen moderatio q̄ illā facile ruere nō ſinit. huc accedit quoniā l̄raꝝ cā iter nos bēiuolētia nata ē q̄ licet ī me tenues ſit. poſtq̄ tamē amare cepiūs nihil illis detractū ē aucte magis ſūt q̄do neq̄ me ſenē diſcere pudet. itaq̄ ꝓſuadeo mihi me tibi eē q̄ ab īcio fuerī ſiue ſcribas ſiue taces. cū ſilere te uideo tuas occupatōes accuſo: cū ſcripta tua recipio dilectōem tuā cōmēdo. Cur ego dēiq̄ te tacētē arguerī q̄ ſū ipē nimiū erga te tacitus accipio libēs tuā purgatōem ut excuſatōem meā tu quoq̄ admittas. ſcio quā multe ſūt dignatōi tue pōtificales cure. q̄ ſūt tibi cū tuo rege negocia: noui te cardialē eē et ī polonia poſt regē primū hoīem: nulla ſine te placita fieri: grauia q̄q̄ iudicia tuā ſn̄iam expeteī. neq̄ belli neq̄ pacis cōſilia ſine te diſcuti. pono āte oculos tuos: quatū inter nos fluminū ac terraꝝ ē: q̄ ꝑiculoſa itinera & obſeſſa latrōibus: q̄ pauci ex te ad nos ueniāt q̄bus cōmitti tuto l̄re q̄āt: ago meā cām dū tuī defēdo: da mihi & tu ueniā tacēti obſecro: nō īuenio facile hoīes: q̄ ad te rcē ꝑficiſcāt. nec audeo cuiq̄ ſcripta credere: nec ſū ociōſus ut ſcriberē q̄ frequētiſſiē poſſī nūc ceſaris cōſiliū nūc aplīce ſedis mandata me detīent nō ſūt tamē tot mea neq̄ tā ardua negotia q̄ tua: neceſſe ē ſilētio tuo me ꝑcere: ne ſi te ſcribēdi tardū arguerī me pigrū

prudentiſſime commemoras: & docte ſcribis: & uere unicum ē hoc inter abſentes amicos ſolacium. coniungit epiſtola quos terra mari aq̄ diſiungit. Nuſq̄ tam ꝑcul amicus abiit ut litterarum beneficio adiri non poſſit O maximum & diuinum litterarum donū: qđ nō modo longe recedentes amicos ſed quos aut nunq̄ uidimus homīes ſeu uiuentes ſiue mortuos in nr̄m reducit alloquium: & quos carne intueri non poſſumus mentibus offert conſpiciendos O ſanctos il/ los ac memorabiles uiros ſiue fenices ſiue alii fuerunt huius mune/ ris inuentores: quo priſce uiros etatis & intueri poſſumus & affari. Licet mihi ſi uelim nūc alexandrū nunc darīū cernere poſſum ha/ nibalē. Scipionē Ceſarem Auguſtū uidere illos mihi curtius aut a trianus oſtēdet hos liuius Suetoniuſq̄ monſtrabit: dat̄ cuiuis docto platonem Ariſtotilem. Ciceronem Senecam Tercullianū Cipria num lactātium Iheronimū · Gregoriū. Auguſtinum · Ambroſium & infinitam qui poſteritatem ſcripſerunt turbam audire loquentē En quanta mortuorum turba nondum mortua eſt: non uidi ego te unq̄ corporeis oculis ex amicorum tamen litteris ſcio qua ſtatura q bus oculis quibus manibus quo pede quo capillo es Ex tuis autem epiſtolis ad interiora ꝑgredior & que neq̄ pingi neq̄ fingi poſſūt inſpicio tue mentis impetus omnes animi tui motus adnoto. Quid ſperes intelligo: quid metuas uideo: qua re cōgaudeas quaq̄ triſte/ ris aduerto Totū te mihi tue lr̄e exprimūt: nec minus apd̄ te uirū meis eē cōſidero: dum mea ſcripta reuoluis me ītus & ī cute noſcis. Democritus actōis ūbrā dixit orōem eē: nec aliud eplā ē. q̄uis enī raro uiuant hoīes ut ſcribunt: ſentiut tamē ita uiuēdum eē nec fieri pōt quī aīm ſuū ꝑdat is q plīma ſcribit et ſic ſepe uirtutis preconia cōmemoret qui uicia ſectat̄ Vtamur igit̄ hac uiciſſitudīe ſcribendi et quātum negocia ſinūt iuicē ſuauibus eplīs colloq̄mur Id ergo ti bi de me ſpondeo et tēbo ſi reddi uicem cognouero Trāſeo nūc ad uolumē eplārū meaꝝ: qđ tua dignatio multis uerbis et ꝑbat et mag/ ni facit: mīme ego mihi tantū arrogo q̄tum tribuis: lōge ego ab illis

269 270

absum quibus me comparas paremq; facis sentio q̃ tenuis est mihi uena dicẽdi: q̃ breuis & inornata uerborum supellex: nulli de me magis q̃ mihi credo: fateor tamen quia nudus sum & apte loquor non utor phaleris uestem omnem reicio: nec laboro cum scribo: quoniam non attingo res altiores: & mihi non cognitas trado. que didici Facile se ceteris intelligendum prebet: qui seipsum tenet. prebere alteri lucem nequit qui sibi tenebrosus est: fugio nodositatem & lõgas sententiarum ꝓiodos Si assunt elegantia uerba non refugio illa contexere si minus nõ quero remotius. presentibus utor ut intelligar: id solum mihi studium est: pcipio tamẽ rudem & incomptum sermonem meum esse neq; dignum q doctas aures pulset Eapter cũ meas epistolas ad te missi petiuisses substiti diuq; dubitaui an tibi ꝓbato & doctissimo uiro meas ineptias aperirem: uidebat leue põdus qđ tuas mãus ĩcideret. pudebat me multorũ errorũ neq; adhuc cuipiã feceram copiã. Et q̃uis alique epistole mee uulgo legerent. non ego illas in lucem dederam: sed qui mecum conuiuunt familiares nunc has nunc illas furati ex manibus librariorum in uolumẽ redegerant ediderantque sodalibus existimantes aliquid esse qđ nihil erat. Nam qui preter commentarios in alexandrum grammaticum & brunelli poete fabulas & Buridani uulgarium dyaleticorum sophismata et troianam quandam hystoriam: nihil unquam legissẽt lucem esse in tenebris putauerunt. Atq; ut ceci ducatum monoculo prebent sic rudes isti primas eloquẽtie ꝓtes mihi tradiderũt. qui nõdum merui inter ꝓficientes discipulos numerari Tuli hũc honorẽ et q̃uis sciebam non posse durare inanem gloriam nolui tamẽ ipsum me cõfundere Imptiebar his qui ad me ueniebãt quãtum poteram luminis: etsi lactis aperire fontes nõ poterã: amicorũ tamẽ sitim pura lipha sedabã. nõ magna dabã mala. nõ mistrabã. nõ erãt preciosa q̃ tradebã at neq; dãnosa. Cũq; ĩgenia ĩueniissem sublimia q̃ haustus cape nobilissimos apta uiderẽtur his ũde biberẽt scaturigies uiuas ostẽdi Quitiliani. ciceroĩs et aliorũ quos ytalia sequitur

ueſtiganda flumina docens Patiebar igit̃ apud nouos eloquẽtie au/
ditores equo animo ſcripta mea reuolui:quibus contemptui eſſe nõ
poteram. At cum tu ea petiuiſti qui omnium poetarum & oratoꝝ
opera rimatus es:qui omnem ſecularem atq; eccleſiaſticam ſapien/
tiam calles: cui nota ſunt quecunq; latina lingua maxime admirat̃
non uidebã quo pacto meas tibi nugas traderem: que rara eſſe con
fidunt negociatores ea in nundinas ferunt Oratium uetuit tali cũ
uoce Quirinus:poſt mediam noctem uiſus cũ ſomnia uera ĩ ſiluã nõ
ligna feras inſanius. Intelligebam non ſine mei nominis iactura lec
turũ te opus qđ flagitabas. Verũ cum illud ſemel atq; iteꝝ peteres
elegi etiam cum damno fame mee tue uoluntati parere · Miſi ad te
librum non ut iudicares:q a meipſo cẽſebat̃ ĩſulſus:minus uero ut
laudares qui meo iudicio uituperandus erat:ſed amico.ſed patri:ſed
domino:nolui qcq̃ negare. Exiſtimaui ãt cũ primã libri legiſſes pa/
ginã. ſtatim te ſacietas capet:dixiq; libro cum mãumiſi:ꝑge audac/
ter ſed ſcito te non ſine magno diſcrimĩe tuo:doctas cardialis aures
aditurꝝ Aut ille igni te dabit:aut ad formacopolã mitteris. quid enĩ
aliud meis ſcriptis augurer q̃ ille ſuis qui ait ſunt tectura piper cũa/
ma thura crocũ · Sed accidit mihi quod nuper in uuiẽna cuiꝑã cen
nẽſi monacho ordinem diui franciſci profeſſo. Is Pataui ſtudens cũ
accepiſſet egregios in auſtria magiſtros qui oratoriam docerẽt Cu
pidus eius artis ad ſummum ediſcende:cuius prima elementa tene/
ret inſalutatis amicis feſtinus in Auſtriam migrauit: nõ minus aui
dus peregrinas hauriendi doctrinas: quam ille qui ethiopiam adiit
ut gymnoſophiſtas et famoſiſſimam ſolis menſam uideret in ſabulo
At cum uuiennam ingreſſus gymnaſia philoſophorum percurriſ/
ſet: tanti eam ſcolam fecit ut qui uenerat auditurus mox cathedrã
aſcenderet audiendus :et quos queritabat magiſtros hos diſcipulos
informaret. Simile mihi euenit. Expectaui contemptum exiſtima
tionem ſum conſecutus. Credebam uituperari :

& accipio laudem. timui odium: amorem reporto. Quid dicam Te ne ingenii tardioris imperitumq; iudicem predicem qui lippis oculis album p nigro recipias: dicasq; malum bonum & bonum malū. Stat contra epistola summa eruditione plena: cuius an sentētias graues: an summam exornationem magis demirer hesito Vniuersas q̄s libro meo laudes accumulas unica epistola tua complexa est. tue sūt quas mihi uirtutes ascribis Quid ergo ē quod meā erexit in laudē noluisti me contristari¶ Inueniſti epistolas quibus me poetam uocito quamplures. dixisti intra teipsum Grande hic homo de se iudicium facit qui grande sibi nomen usurpat Meministi eorū que. Flaccus de poetis ait Ingenium cui sit cui mens diuinior atq; hos magna sonaturum des nominis huius honorem. Sciebas Ciceronis uerba que in oratione pro licimo archia ponunt dum ait. At qui sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus ceterarum rerū studia & doctrina & preceptis & arte constare: poetam natura ipsa ualere: & mētis uiribus excitari & quasi diuino quodam spiritu afflari: quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellabat poetas. quasi deorum aliquo dono aut munere commendati nobis esse uideantur Cogitasti ergo si mea scripta pro merito reprehenderes grandem me molestiam habiturum: qui cum sanctis ascribi poetis cuperem & inter uetustissimum edoctis genus meipsum collocarim tua sententia nedum poete tytulis sed neq; mediocris scriptoris nomīe dignum me reperirem: nisi opinioni mee faueres putasti me animo cadere: spem ponere: stilum deinceps scripturamq; omnem negligere Noluisti me uulnere tali confodere. prouidisti que amico utilia credidisti. uoluisti me scribere. ingenium exercere¶ Conari indies magis ut si non essem modo quod uellem: fierem aliquādo qui possem. Noluisti deinde meis epistolis que iam currere per germaniam ceperant opinionem demere Ago gratias humānitati tue que de suo iudicio quam de mea fama maluit hesitari. Nomini meo :

uel cum tuo detrimento consulere uoluisti. Videor uidere commē datione tua ingentem meis epistolis fauorem accedere. Quis enim posthac illas carpere audeat quas nouerit tuo testimonio comproba tas. Ego equidem quod a te modo scriptum est in capite uoluminis collocabo nequis mea prius legat scripta quam tua nouerit autori / tate legenda Etsi enī apollinis illud responsum memorie teneo quo se quenq; noscere iubet: Gaudeo tamen nomen meum quocunque pacto illustrari Cur non laudari falso malim quam uero uitupera / ri: potis est tua commendatio facere: ut me ceteri quoque commen / dent. Non omnia nomen ad uerum habēt. multa erecta sunt & ha / bent in precio que rectius uilipensa iacerent. Multum in omni re fortuna dominatur. Hec pro libidine sua nunc obscurat mortalia. nunc celebrat. Neque in poetis ac ceteris scriptoribus uim perdi / dit. Plurimi eius beneficio magis quam ꝓpria uirtute claruerunt. Nonnulli cū essent digni memoria nominis sempiterna fortune ma lignitate depressi nequaquam emergere potuerunt. Quid si meis scriptis tuo beneficio non fortuna (que nihil est nisi diuina uel ꝓui dentia uel ꝓmissio) si deus ipse subriserit. nunquid letabor. nunqd gloriabor & tuo nomini fatebor me omnia debere qui me reddide / ris immortalem. Vdemeneus quoniam in epistolas incidit Epicuri atticus Ciceron's: lucillus Senece eternā memoriam consecuti sunt Tu quia medius inter scripta mea ueniſti mihi mortalitatem eripis Et quod illi ex alienis acceperunt hoc tu meis epistolis prestas. Quidni igitur te amem te obseruem. tibi omni officio seruire stude am. Sed dixi me tuum ab initio non muto sentētiam. Illud me di scutere āplius conuēit quod supra de poetis est tactū. Neque enim idcirco poetam priusq; sacris ordinibus iicatus essem me appellaui: quoniam uel mātuano uel peligno uellē uideri similis aut par alteri cuipiā ueterū: quos uates & claros & scōs uocāt mētis dīne pticipes sed ita hoc nomē mihi ascripsi: quēadmodū i una eplārū seneca sus / cipit q omnibus uersus faciētibus hoc nomen cōmune dicit: quāuis

absolute ꝓnunciatum apud grecos homerum. apud latinos uirgili/
um denotet. Edidimus & nos aliquando uersus scripsimus elegias e
glogas Satiram quoque dictauimus non tamen poete nomen ꝓpria
temeritate suscepiũs Nec prius hoc titulo sumus usi quam nos fre
dericus cesar apud Franckfordiam uisis qbusdam epistolis nostris
laurea nos donauit. Quemadmodum autem qui iuri aut canonico
aut ciuili operam dederunt. postquam magisterium acceperũt: cũ
litteras ad amicos mittitant aut decretorum aut legũ doctores se in/
scribunt: ita & nobis poete nomẽ assumere licitum arbitrati sumus
ne uel concessum honorem uel concedentem contemnere uidereũr
& nos enim manum ferule subduximus. & lucum nouimus martis
& quas torqueat umbras eacus & quantas iaculet̃ Monichus or/
nos. uidebamur nostro uti iure si eius artis titulos assumeremus: in
qua non paruam etatis partem consumpsissemus Sed fuit alia non
minor ratio que me hoc nomine frequentius uti coegit. Etenim cũ
uenissem in Austriã in secratarium cesaris assumptus. offendi omẽs
q̃ periti ap̃d uuiennenses habebant̃ poeticam ueluti rem pernicio/
sam & abominabilem detestari. Cepi ergo eos arguere disputare se
pe cũ eis ostendere poeticam q̃ recte uterent̃ his frugiferam eẽ: no
men q̃ talis doctrine habendum & honorabile & sanctum Tumq̃
neq̃s me nomen horrere crederet qd̃ laudarem poetam me scribe/
re cepi: neq̃ dimisi titulum: donec ad ecclesiam ueniens sacros ordi/
nes subiui & ad sacerdotium promotus: q̃ seculi pompam saperent
postergaui Habes cur me poetam dixerim & qd de meipso sub ta/
li titulo senserim. Nunc quoniam de poetica admodum perite nõni
hil disputasti nõ erit ab re qd mihi de poetica tenendũ uideat̃ i me
diũ ꝓferre: in cuius defensionem sepe scripsi sepius aduersus conten
ciosos sermones serui: quos in hac epistola succincte repetam. Om
nes qui poetice sunt infesti: si modo aliqua sunt imbuti doctrina
his argumentationibus in eam utuntur. Plato (qui fuit

fuit omnium philosophorum pculdubio excellentissimus) ex ea ci/
uitate quam finxit: cum mores optimos & optimum reip. statū exq
reret poetas eduxit: quod minime feciſſet si utiles fuiſſent Nō sunt
igit admittendi poete. Cicero in Tusculanis cum de dolore dispu
tat. Vides ne inquit poete quid mali afferant: lamentantes inducūt
fortissimos uiros. molliunt animos nostros: ita sunt deīde dulces ut
non legant modo. Sed etiam ediscantur: Sed ad malam domesticam
disciplinam uitamq; umbratilem & delicatam cum accesserunt eti
am poete neruos omnis uirtutis elidunt Totum hic comprehendi/
tur quod dici contra poetas potest Pergunt tamen qui uerbosiores
sunt atq; amplius aut mansuetiorem musam insectant Boetius in/
quit uir sane peritissimus & uite sanctioris philosophiam inducit si
bi loquentem Que scenicas meretriculas & poeticam & oratoriam
uidet appellare: que dolores egrote mentis: non modo ullis remedi/
is non fouent sed dulcibus insuper alunt uenenis hominumq; men
tes assuefaciunt: morbo non liberāt. Catho qui fuit Romanorum
sereniſſimus Marco nobiliori uelut pbrum obiecit. quoniā poetas
in puinciam duxisset: duxerat enim ille in echoliam ennium. Ihe/
ronimus clarum iubar eccē: uerberibus sese cesum ab angelo scribit
quoniam ciceronianus magis q̄ xpristianus esse uideret. quid si uir
gilianum aut Terentianum illum angelus inueniſſet. Carpūt ab
eo nōnulli episcopi qui codices euangelicos postponētes lectiōe po/
etica se oblectant Quo pacto īsuper poetas amplectemur quorum
scripta non solum hominum sed deorum quoq; & stupra & adulte/
ria commemorāt potare. amare. scortari. adolescentes instruūt. quis
maior ad ymitādum q̄ deus īueniri potest: aut quis eum coarguat q
se dei secutum exempla demōstrat Iouis exemplo teneram corrupi
sse uirginem. Terētianus se chereas iactitat. Multum est cum deus
autor habet Pictura īquit ille hec īerat. Iouem quo pacto dāne
misisse aiūt quōdam in gremiū imbrem aureū Egomet quoq; id spe
ctare cepi: & qa cōsimilem luserat. iam olim ille ludū: īpēdio magis

animus gaudebat mihi deum ſeſe in hominem conuertiſſe atq; in a
lienas tegulas ueniſſe clanculum per impluuium fucum factū mu
lieri. At quem deum qui tēpla ſumma ſonitu concutit Ego hoc ho
muncio non facerem. Ego illud uero feci ac iubens Faceſſant ergo
poete qui talia de diis referunt que ſibi turpes indigna lēones duce
rent. Quid agat cum ea legerit imberbis iuuenis cereus in uicium
flecti: ſic natura iubet uelocius & citius nos corrumpunt exempla
magnis cum ſubeant animos autoribus. Non erit igit̄ bene inſtitu
ta ciuitas que poetis non occluſerit ianuas Sic mecum ſepe cōtēdiſ
ſe aliquos memini Quibus ego in hunc modum reſpondere conſue
ui Quid uos mihi ciuitatem Platonis obiicitis que nulla unq̄ in ꝑ
uicia ſedem reperit. quid curet ex ea ſe ciuitate poetarum choros
exulare: que neq; in celo neq; in terra uiſa eſt unquam. At cum po
etarum fictiones bicipitis plerunq; parnaſi ſomnia referant nō po
ſſum non admirari. Cur ſomniatores ex ciuitate ſomniata plato de
duxerit Cur ego non exulare ex ea ciuitate uoluerim quam cōdi
tor eius inhabitare non poſſit Aut equidem ſuam ciuitatem neceſ
ſe fuiſſet. Platonem relinquere aut ſecum introducere poetas cum
fuerit ipſe poeta Cuius apud macrobium uerſus nonnulli referū
tur magis petulci q̄ tanti uiri grauitati conueniant. Nec cicero illā
ingredi ciuitatem permitteret̄ q̄ poetas repelleret cum & ipſe tres
libros de temporibus ſuis carmine conſcripſerit Sed licet laudet ip
ſe Platonem de ſua ciuitate poetas excludentem non tamen ipſe de
roma cui ſe omnia debere fatetur poetas excludit. Archiam poetā
egregium cum Gradius negaret in ciuitate retinendum. Quis il
lum defendit niſi Cicero. Extat eius oratio de qua ſupra memini i
qua hec uerba ponuntur. Sit igitur ſanctum apud nos humaniſſi
mos homines hoc poete nomen quod nulla unquam barbaries uio
lauit ſaxa & ſolitudines uoci reſpondent. beſtie ſepe immanes can
tu flectuntur atque conſiſtūt nos inſtituti rebus optimis non poeta
rum uoce moueamur Ecce cum ad ſerium. cum ad uerum uentum

eſt non abigit ex ſua ciuitate poetas Cicero: ſed retinendos. ſed admittendos. ſed honoribus cumulandos ſuadet Quid de Boetico dicam Quis riſum teneat cum dīnari a poeta poeticam audiat. An non eſt ipſe boetius tam maxime poeta cum poeticas carpit muſas qui philoſophiam ſecum uerſibus agentem & utentem fictionibus introducit. Quot apud eum fabule ſunt. Quot metrorum genera dum poeticam damnat Boetius ſimilis illi uidet̄ qui iurabat nō eē iurandum Sed altior boetio mēs fuit q̄ uel poetarum hoſtes apprehendant uel hac epiſtolari diſputatione poſſit exponi. Quippe aut legendi ſunt poetarum libri aut ipſe toto fugiēdus orbe cum ſua cō ſolatione boetius: apud quem philoſophia (cum de ꝓuidentia diſſerit) magni dei familiarem ſuum appellare. Lucanum non ueretur & illius inſerere mortui ſententiam uictrix cauſa deis placuit ſed uicta Cathoni: nec me. Cathonis autoritas frangit cui nec nobilior auſcultauit neque ſenatus ceſſit aqud quem maximo ſemper honore poete ſunt habiti. Habeo clariſſimorum uirorum copiam quos Cathoni ualeam obiectare de quibus poſterius dicam. Ad Ieronimum tranſeo cuius optarem qui uiuunt omnes fieri perſimiles. ſic enim & ſanctimonia uite & eloquentie copia omnes ualeremus. ſcatet hic undique poetarum dictis neque uel tractatum eius referes uel epiſtolam ubi non. Tulliana redoleat eloquentia. Sic de ceteris eccleſie doctoribus licet inuenire quorum facundiam que muta fuiſſet alioquin illuſtrauere poete. Sane Iheronimus cum ſecularibus plenus litteris eſſet gentileſque diſciplinas quaſuis ebibiſſet. tum ſe uerberibus affectum dixit. permitto id omnes agant cum poetas ō nes uiderint. legerint. didicerint. tum ſecularium ſtudia litterarum abiurent. nil obſto nil aduerſor: neq̄ ego is ſum qui pōtifices maximos relictis euangeliorum codicibus aut titere tu patule aut arma uirumque canentes laudauerim Sint non ſolum etati uerum etiam dignitati ſua cuique ſtudia Sicut enim grammaticam atq̄ dyaleti/

cam epiſcopum didiciſſe non diſcere uoluerim: ſic poetas illi notos optauerim noſcendos iam minime ſuaſerim. Sed Ieronimi quid ſit iudicium inferius exponemus. Vltimum quod iſti grauius putant illud afferunt quia poetas plurima tradere demonſtrant: Quibus non ſolide mentes capte delabunt: ſiue cum deorum mentionem efficiunt ſiue cum uoluptates commendant De diis autem non eſſet cur poetis ſit iraſcendum: temporis illud non perſonarum eſt uicium Etas eorum dei unius haud plena noticiam habuit Getiles fuerunt qui iouem Iunonem ſaturnum matrem p diis habuere neq; id erroris poetas magis quam philoſophos inuaſit Socrates Plato Ariſtotiles Zeno eleander dyogenes Ariſtippus diis litauere Quid mirum ſi poete hos deos collaudant: quos ſua cre didit etas celum ico/lere: publicus error excuſationi eſt: ſi non licet poetas legere qa de orum faciunt mentionem: neq; philoſophos intueri licebit quorum ſcripta deorum nominibus ſunt referta. ſed quis hodie tam hebetis eſt ingenii q propterea Ioui ſacrificet aut thurificet herculi: quoniam deos illos poetarum carmina uocitant omnes pueri etiam qui nondum ere lauant: homines illos fuiſſe impuros atq; nepharios dicere: de quibus ſane rectius poete quam philoſophi ſcribunt. Referentes enim turpia illorum facta: manifeſte nobis oſtendunt: diuinitatem longe ab his fuiſſe: deliraſſeq; omnes ueteres qui eis aras dicauere Quod autem uoluptates approbant: dolorem q; ſummum eſſe malum ſentire uident: amores referunt: compotationes commendant: & laute fercula menſe magnis extollunt uocibus. non e quod mouere nos debeat Inducunt poete diuerſas perſonas tenenteſque legem artis cauent ne forte ſeniles mident Iuueni partes: pueroq; uiriles Alius Sardanapalli ſermo alius arbatis erat: itererit dauus ne loquatur An audax pithias Cathoni ſeueritas Gayo ceſari clemen tia tribuet Alius bonis fauebit: litteratos reget: amica conſilia prebebit: peccare timentes amabit: breuioris menſe laudabit dapes ſalu

brē iuſtitiā commēdabit .Alius uirtutis iimicus.cedis auidus. nul li fidus uentri atq; ueneri deditus.conſentanea ſuis moribus uerba ꝓfundet Oportet enī poetam eorū exēplar intueri:quorum per/ ſonas in medium ꝓfert atq; illinc uiuas deducere uoces Cū uero ex perſona ſua poeta loquit̄ Tum quid patrie debeamus:quid amicis edocet: quo ſit amore parens quo frater amandus & hoſpes: qđ ſit officium ſenatoris:quod iudicis:quod ducis in bella uadentis mon/ ſtrat:que laus & quanta bonis ſit uiuere.paruo quo uirtus quo fe/ rat error indicat:omnes ad ſummum bonum uiā parare contendūt Si quis autem callem non rectum aperit & aut in uoluptate aut in honoribus aut in potentia felicitatem aſſerit ueſtigandam Non eſt quod miremur quando & philoſophorum in hac ipſa re multas he reſes eſſe conſtat Ea ꝓpter cum uehemēti quodam impetu cummo tus in tuſculanis . Cicero poetas acrius mordiſſet qui fortes uiros muliebriter ferre dolorem traderent.mox tamen ſeſe correxit & q̄ ſi durius eēt inuectus penitens ait.Sed quid poetis iraſcimur uirtu tis magiſtri philoſophi inuenti ſunt qui ſummum malum dolorem dicerēt At ſi uitare poetas idcirco uolumus Quia aut eiulantē her culem aut querentem ſuas penas ꝓmotheum Siue priamum filio/ rum necem aut andromachen uiri obitum deplorātem referunt . Vereor ne ſacre derogemus hiſtorie que dauid ſanctū uirū & acce ptum deo mortem filii impacienter tuliſſe cōmemorat. fili mi abſa lon inquit ille Abſalon fili mi quis mihi tribuat ut ego moriar pro te Abſalon fili mi fili mi abſalon nihil eſt quod apud poetas neges eſſe legendū cuius non ſimile ſacra uolumina contineāt mundi prī cipiū paricidio contaminat̄ Preuaricantes filii dei diluuio cās pre/ bent Sodomam & gomorram turpiſſima libido ſubuertit. Ebrieta tem & inceſtam uenerem loth ſomnolentus oſtendit. yſaac ab uxo re decipit̄ a fratre ſupplantat̄ eſau. Rachelis nuptias bis ſeptē ānis uenat̄ Iacob uidebant̄q; illi pauci dies pre magnitudine amoris.uē dit̄ a fratribus ioſeph Iudas ex nuru filios accepit Samſon in ſinu

metricis obdormit Filiam iepte sacrificat Innoxium effundit sanguinem athalia Transi iudicum facta: inspice regum Inuentus iuxta cor dei danid tradimentum adulterium homicidiumq; committit. Sororem uiciat amon fratrem interficit absalon regno patrem deiicit ad concubinas eius ingredit. Inter concubinas atq; uxores corrumpitur salomon: lapidibus ruit nabuth iniquis: dum regem regit iesabel non est quod epistole committi possit quantum sceleris: sacra nobis historia manifestat. Legimus tamen hanc fructumque de his fugimus cum malam uitam male finitam & bonos bonorum reperimus exitus nec secus in aliis gentium historiis aut in narrationibus accidit poetarum Ob quam rem credo abunde ꝓbatū eē non idcirco uitari poetas oportere: quoniam turpe sepe commemorent quando & honesta frequentius inculcant Supererat nūc adexempla descendere uirorum illustrium: qui poetas ardenter amarūt ac eorum operibus sunt delectati Quippe non singularium modo uirorum sed publico ciuitatum consensu Commendatos poetas accepimus Orpheum qui fuit ex uetustissimis Iagri filium tracē: poetam adeo uetustas coluit ut ymaginem eius in templo pieridū collocauerit Que sicut Arrianus auctor est usq; in alexandri tempus perseuerans Cum uicisset illos ille triuallos subiecisset illirios: thebas dirimisset: athenis pacem dedisset. Continue sudasse uisa ē significans ut aristander diuinator ait Ingentem instare laborem poetis: qui alexandrini essent & alexandri res gestas uersibus commissuri Homerum ut Cicero tradit Colophonii Ciuem suum esse dicunt: hi suum uendicant: smirnii uero suum eē confirmāt Itaq; etiā delubrum eius in oppido dedicarunt Athenienses sacratissimis. solonis legibus instituti: adeo poetas in honore habuerunt: ut non senatum solum: uerum ēt belli curam eis crederent. bello enī quo cū spartanis acerrime dimicatum est: duos duces delegerunt perilcen spectate uirtutis uirū. & Sophoclem scriptorem tragediarum: qui

diuiſo inter ſe exercitu & ſpartanorū agros uaſtarūt & multas aſie ciuitates Athenienſiū impio adiecerūt Quid de ſpartanis eiſdē di/ cam qui q̄is eēnt duris lygurgi formati legibus & moribus Aſpe ri bello tamen contra meſſenios occupati: cū iuberent ducē militie ab athenienſibus petere. hiq̄ Tirteum poetā claudum pede miſiſ/ ſe parem poete non recuſarūt: ſub quo uicti duobus preliis uictori am hoſtibus ꝑculdubio reliquiſſent: niſi cōpoſita. Thirteus carmi na exercitui pro contentōe recitaſſet In quibus hortamenta uirtu tis: damnorum ſolatia. belli concilia ſcripſerat Itaq̄ tantū ardorem militibus iniecit ut non de ſalute ſed de ſepultura ſoliciti. teſſeras in ſculptas ſuis & patrum nominibus dextro brachio illigarent: ut ſi omnes aduerſum prelium conſumpſiſſet: & temporū ſpacio cōfuſa corporum lineamenta eſſent: ex iudicio tytulorum tradi ſepulture poſſent Atq̄ ſic animatis militibus commiſſa pugna uictores tādē lacedemones euaſerint Vides & grecie ciuitates apud ſe natos gau dent eſſe poetas. Nec latine minus letant ſuis uatibus Notum ē il/ lud carmen Mantua Virgilio gaudet Verona Catullo. Corduba Lucano & Seneca gloriat Oratio Venuſum Pacuuio Brunduſi um. Statio burgdegalis Peligni Naſonem memorant. Aquinates Iuuenalem biblis. Marcialem florentini quamuis materna uoce lo cutum tamen apud ſenatū dantem iter maxima ciuitatis preconia ducunt. Quippe ueteres etiā diis ſuis quos celū colere putabant cu re fuiſſe poetas affirmant. Cum Liſander lacedemonius obſideret Athenas a libero patre per quietem monitus perhibet: ut delicias ſuas ſepeliri ſineret. Iacebat tunc ihumatum corpus Sophoclis tra gici de quo ſupra mentionem fecimus: Quo comperto Lyſander i ducias dedit ut claro poete congrue fierent exequie. Simōides apd hoſpitem ſuū in Theſſalia cenans. Caſtoris ac Pollucis monitu tri clinii ruinam euaſit. Sed pergite regum ac ducum exempla refera mus Solon qui leges (ut tactum eſt) Athenienſibus tedit: ut Sala/ minam inſulam quam Megarenſes ſue ciuitati ſurripuerant uendi

caret. progreſſus in publicum etiam contra naturam ſuam poetam ſe ſimulans inſolitis ſibi uerſibus contra Megarenſes ut arma ſume rent ſuis ciuibus perſuaſit. Themiſthoclem illum ſummum. Athe nis uirum. Cum ex eo quereret cuius uocem libentiſſime audiret Reſpondiſſe aiunt. Eius a quo ſua uirtus optime predicaret. Excel lentem ꝑfecto poetam ſignificans. In cuius uerbis indita uirtus ſi cut in auro gemma perlucet Alexander Aminte filius diues hītus cui ante omnes ioui delfico ſtatuas aureas miſit pindarum liricum poetam apprime dilexit Archelaus qui ab eo regnum macedonie accepit. Euripedi tragico cōſiliorum ſummam credidit: cuius ſupre ma non contentus proſequi: ſumptu funeris & crines tonſus eſt: & merorem quem animo conceperat uultu publicauit Cum tranſi/ ret in aſiam magnus Alexāder quamuis multos rerum ſuarū ſcrip tores ſecum haberet Cum tamen in ſigeo tumulum inſpexiſſet a/ chillis O fortunate inquit adoleſcens qui tue uirtutis preconē. Ho merū inueneris. Et uere ut ait Cicero Nam niſi illi ars illa extitiſ/ ſet idem tumulus qui corpus eius contexerat nomen etiā obruiſſet Idem quoq; Alexāder cum thebas dirueret: pindari (de quo ſupra meminimus) & domum & ſtirpem (teſte arriano) ob reuerentiam poetici nominis conſeruauit Liſimachus ex ſucceſſoribus alexādri philippide poeta comico familiariter uſus eſt. Cernitis ut greci ꝑ ceres poeticam uenerāt accipite modo latinos: africanus prior qui ti Ennii ſtatuam imponi ſuo ſepulchro iuſſit Alter Scipio Teren/ tium comicum ex carthaginenſi captiuitate redemptum in trium/ pho ſuo quem rome egit pileatum duxit tanq; libertate donatū Lu cullus archiam poetam ingentibus honoribus cumulauit Dictator Silla gallos atq; hiſpanos poetas: donis q̄pluribus cōſecutus ē: nec ſedulitatem mali poete indignam premio duxit: metellus pius etiā cordube natis poetis ac pigue ac peregrinum ſonantibus: aures ac/ commodauit Pompeius magnus theophanem mitileneum: rerū ſua rum ſcriptorem in concione militum Ciuitate donauit. Nemo eſt

ut cicero teſtat̃ tam muſis aduerſus qui non mandari uerſibus eternum ſuorum laborum preconium facile patiat̃. Itaque ille gayus marius q̃uis maximus imperator. natura tamen ferox & inurbanis moribus: eximie luciũ plociũ dilexit Cuius ingenio putabat ea q̃ geſſerat poſſe celebrari Iulius autem ceſar: non modo poetas dilexit. Sed in collegio poetarum aſcribi uoluit Neque actio poete ſuccenſuit q̃uis ſibi collegium intranti non aſſurgeret Cum a latronibus captus donec pecunias cogeret obſeruaretur: oratões ac poemata que ſcribebat teſte plutarcho eis legebat. Et qui minus ea uehemẽter laudaſſent fatuos ac barbaros appellabat Auguſtus Octauiaũs q̃benignus q̃liberalis in uarum uirgilium: flaccumque fuerit. Nemo qui uel primas didicerat litteras neſcit. Fuitq̃ ipſe ut Tranq̃llus perhibet: poematum non imperitus: delectabat̃q̃ comedia ueteri: & ſepe eam exhibuit publicis ſpectaculis Ingenia nanq̃ ſeculi ſui omnibus modis fouit: recitantes & benigne & patienter audiuit Nec tantum carmina & hyſtorias ſed etiam orationes & dyalogos Componi tamen aliquid de ſe niſi & ſerio & a preſtantiſſimis offendebatur Veſpaſianus qui dirum in ſaluatore noſtro commiſſum piaculum expiauit: ingenia & artes uel maxime fouit: primus e fiſco: latinis greciſq̃ rhetoribus annua centena conſtituit: preſtãtes poetas necnon & artifices coemit. Titus quem generis humãi delicias uocauerunt latine & grece lingue peritiſſimus uel in orando uel in fingendis poematibus ꝓmptus & facilis fuit Seuerus. Ceſar. Appianum poetam qui genera ac naturas & captionem piſcicium uerſu deſcripſerat per ſingula metra aureo numo donauit unde aurea poſt appiam nuncupata ſunt Gracianus litteris haud mediocriter inſtitutus carmen facere: ornate loqui explicare cõtrouerſias: rhetorum ſolitus erat Theodoſius & omne doctrine Quid nobis tot tantiq̃ uiri greciq̃ latini idonei ne uident̃ quos cathõi platoniq̃ opponamus Sed dicitis fortaſſe ethnicos iſtos eſſe. Nec uocẽ habere que apud eccleſiam audiat̃. Tranſeo ad nr̃os quos reuelle-

re nemo possit: dauid quē tota canit eccl̄a. Nunquid poete officio fūgit̄. metro apud hebreos canēs. Salomō quoq; & aliq; ꝓphetarū uersuū mēsuris utētes: poetarum locū & nomē obtinēt. Quid xp̄i ani āt doctor exercitus & orator iuictus aplūs paulus: nūquid ad grecū scribēs Epimenidis uersiculū reddit Cretēses sp mēdaces male bestie uētris pigri. In alia quoq; epl̄a meādri Senariū pōit. Corrūpūt mores bonos cōfabulatōes male. & apud athenīēses ī martis curia disputās Aratū (ut hieronimus scribit) testē uocat Quid tertullianus quid ciprianus lactātius firmianus Ambrosius. Augustinus. Gregorius & ipse (de quo sepe locuti sumus) Iheronimus: nulla istoꝝ opuscula leges in qbus nihil poeticū redoleat: q̄uis Cipriānū firmiano narrāte nōnulli momorderit: ꝙ aduersus demetrianū scribens testimoniis usus sit ꝓphāꝝ & aplōꝝ. q̄ illi ficta & cōmenticia eē dicebāt: & nō potius phōꝝ & poetaꝝ quoꝝ auctoritati ut ethnicus cōtraire nō poterat Nēpe augustiūs de uirgilio grauissimū testimoniū prebet: dū ī primo De ciuitate libro ꝓpterea iqt eū paruuli legunt ut uidelicet poeta magnus oimq; preclarissimus atque optimus teneris ebibitus ānis nō facile obliuione possit abolere secūdū id Oratii quo semel ē ībuta recēs seruabit odorē: testa diu. negat clarissiūs eccē doctor obliuiōi eē dādū uirgiliū: nūqd ergo & legēdū suadet. nec ieroniūs ab hoc sensu ē alienus q nccitatis ī pueris eē asserit uirgiliū tenere ī māibus: q̄uis id crimē ī epīs direxit eē uoluptatis. Quis preterea cētonas damnare presūpserit: q̄ꝝ ex altera homeri uersibus apd̄ grecos Altera ex uirgilii carmibus apd̄ latīos icarnatōem saluatoris: predicatōem: signa mortē: resurrectōem & ī celū ascēsiōem: poetico more cōscripsit. an nō dignus laude legēdus cūctorum ore dicet̄ Inuentus presbiter qui sub constantino cesare hist̄oriā domini saluatoris uersibus explicauit. Nec timuit euangelii maiestatē sub metri mittere leges Quid de appollinari. Syro dicam qui heroicis uersibus hebraycam scripsit antiquitatem. ut

Sozomeni placet & ymitatus meandri comedias Euripidisq; Tragedias & lyram pindari: euangelicas lectiones poetico scemate concluſit Quidni legat̃ si sit in manibus aduersatus xpristiane religioni Iulianus apostata cum peruasisset imperiū tunc se plurimū nocere putauit cum lectionem homeri ceteraq; grecorum studia xpristiāo populo ꝓhibuisset Cui & nostri hostes concordare uident̃ En quā rudis: inepta ne dicam feralis uox illorum est: qui poetas omnes asserunt eliminandos Exeant ipsi potius: & qui litteras humanitatis abhorrent fugiant homines: sibiq; similibus brutis associentur. En quid ais dicet quispiam: diuo iheronimo maledicis. sanctissimū obiurgare audes uirum. speculum xpristiāe religionis obnubilare cōtendis Iheronimus si nescis quo nemo durius in poetas inuehitur. Demonum cibus est inquit Carmina poetarum: secularis sapientia rhetoricorum pōpa uerborū: hec sua oēs suauitate delectāt Et dū aures uersibus dulci modulatione currentibus capiunt: animā quoq; penetrant & pectoris interna deuincunt Verum ubi cum summo studio fuerint ac labore perlecta: nihil aliud nisi inanem sonum & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt nulla ibi securitas ueritatis: nulla iustitie refectio reperit̃ Studiosi earum ī fame & ueri & uirtutum penuria perseuerant Non me latet ad damasum de filio ꝓdigo talia scribere iheronimum Sed lege totam epistolā nō subsideo In ꝓhemio nihil iudico: nisi tota lege perspecta: ꝓsequor magni uerba doctoris. Inuenio illum his uerbis non poeticam solū sed rhetoricam philosophiam: & omnem secularem sapientiam detestari: quia plus floris quam fructus habeat. Nec uiam uite in ueritate docet fallatq; sepe legentem Nec ego inficias eo si de gentilibus tantum poetis ac philosophis uerba fiant: quos ignorasse xpristum & crucis premium palam est Sunt tamen in illis cōplurima uite documenta: que nobis turpia dissuadent & honesta demr̃ant: utq; aliqd in mediū ꝓferamus Quid illis iuuenalis uersibus ad uirtutē suadendā dici potuerit efficatius Orandū est ut sit mens sanaī

corpe ſano Fortē poſce aīm:mortis terrore carentē. Neſciat iraſci cupiat nihil & potiores.Herculis erūnas credat ſeuoſq; labores. Et uenere & cenis & plumis ſardanapalli Et alibi Eſto miles bonus:tu tor bonus arbiter idē īteger ābigue ſi q̄do citabere teſtis.incerteq; rei faleris:licet īpet ut ſit.Falſus & admoto dictet ꝑiuria tauro ſum mū crede nephas aiam preferre pudori:& ꝓpter uitā uiuēdi ꝑdere cauſas:& paulopoſt.pone ire frena modūq; pone & auaritie miſere re iopū ſocioꝝ:īteger uite ſceleriſq; purus(īqt oratius) nō eget ī au ris iaculis nec arcu nec uenēatis grauida ſagittis fuſce faretra.quoſ cunq; ferāt tutū eē bonis uiris iter:oſtēdit quis iuſtū illo melius cō ſcribit Iuſtū ait et tenacē ꝓpōiti uirū nō ciuiū ardor praua iuben tū:nō uultus iſtātis tirānī mēte q̄tit ſolida Quid uirgilius ſibi uult dū inferna loca deſcribit:& eliſios cāpos niſi uirtutis amorem:odiū ſuadere uiciorū Hic(inquit apud inferos)quibus inuiſi fratres dū uita manebat.pulſatuſue parens & fraus innexa cliēti: aut q diuiti/ is ſoli īcubuere repertis. nec partem poſuere ſuis que maxima tur ba eſt:quiq; ob adulterium ceſi quiq; arma ſecuti impia. nec ueriti dominorū fallere dextras.Ac beatorū ſedes audi qbus aſſignet.hic manus(ait)ob p̄riam pugnando uulnera paſſi.quiq; ſacerdotes ca ſti dū uita manebat:quiq; pii uates & phebo digna locuti.Inuētas autē qui uitā excoluere ꝑ artes Quiq; ſui mēores alios fecere merē do. Quid theſeus ille apud tragedū Senecā nōne Sororia his de in ferno refert.quod quiſq; (inqt ille)fecit patit̄ auctorē ſcelus repe/ tit.ſuoq; premit̄ exemplo nocens.Statius quoq; malefactis inſtare ſuppliciū aſſerit Sed uidet hec ait uidet ille deū regnator & auſis ſe ra quidē manet iratum Deq; inferis.inquit ſtridor ibi & gemitus penarum atroq; tumultu feruet ager.tanquam legiſſet euangeliū Vocemq; ſaluatoris audiſſet.mittite illum ī tenebras exteriores ibi erit fletus & ſtridor dentium. Quid poſtremo ſibi lucanus querit/ dum cathonem hammonis reſponſa contemnentem inducit.uerſuſ q; illos in eum fudit. Ipſe manu ſua pila gerens precedit haneli mi

litis ora pedes monſtrat tollerare laborem:non iubet at nulla uehi
tur ceruice ſupinus Carpente ſedens ſomni parciſſimus ipſe: ultiꝰ
hauſtor aque Cum tandem fonte reperto indigna cogat laticis po
tare iuuentus.ſtat dum lixa bibat: & paulo poſt hūc ego per ſirtes
libieſq extrema triumphum ducere maluerim q̄ ter capitolia cur/
ru ſcandere pompeii quam frangere colla Iugurte: nōne aperte &
magna uoce O homines inquit ſit uobis cura uirtutis Alacres ſub
ite laborem uincite ſitim famem ſomnum ſic itur ad aſtra Quid di
cimus noſcere iſta bonum an malum putamus Hec ne magnus ille
iheronimus fugiēda ſuadet Pretereo philoſophorum libros doctri
na ſalutari plenos quos auide legimus q̄is nonnulla ueneni ſemi /
na in ſe habeant nec iheronimus omni lectione ſeculáris ſapiētie ab
ſtinendum precipit:Sed docet ille ut ante dictum ē Damaſum quo
pacto ſint ſeculares philoſophi ac poete legendi Tipus inquit ſecu
laris ſapientie in deutronomio ſub mulieris captiue Figura deſcri/
bit de qua diuina uox precipit:ut yſrahelites ſi eam habere uolue
rit uxorem caluicium ei faciet.ungues preſecet:pilos auferat:& cū
munda fuerit effecta:tunc tranſeat in uictoris amplexus hec ſi ſecū
dum litteras intelligimus nonne ridicula ſunt:itaq & nos hec face
re ſolemus quādo & phōs legimus quādo in manus nr̄as libri ueni
unt ſecularis ſapientie Si quid in eis utile reperimus ad nr̄m dog
ma cōuertimus Si quid uero ſuperfluū de idolis de amore de cura
ſecularium rer̄ hec radimus:his caluiciū inducimus Ponit & hanc
ſimilitudinē alio loco hieroniꝰs ad magnū oratorē urbis rome ſcri/
bēs Et adiicit Quid ergo mir̄ ſi & ego ſeculārē ſapientiā ꝓpter elo
quiū uenuſtatē: & mēbrorū pulchritudinē de ācilla atq captia iſra
helitē facere cupio:& quicqd in ea mortuū eſt ydolatrie uoluptatis
erroris:libidinū uel precido:uel rado:& mixtus puriſſī cordis cor/
pi uernaculos ex ea genero dnō ſabaoth:& labor meus ī familia xpī
ꝓficit hec ē libera uox & ex ꝓpoſito diui ieronimi ſententia. Inter

rogatus ille philosophos ne xpiani poetas nequeant salua conscien
tia legere non oibus legere negat. Sed illis negat qbus animus ē in
eorum lectōibus quiescere Sequimurq & nos hoc iudiciū damusq
sancto doctori manus. Nam cū uarii multiformes sint poete: non ō
nibus que ab ipsis dicunt adhibendā mentem sentimus Sed cū ex/
cellentiū uirorum aut dicta aut facta commemorāt: tota mente mo
ueri atq inflammari debemus ut tales ipsi sumus quales ipsi fuere.
Cum uero improborum hominū mētionē incidūt: fugienda est il/
lorum ymitatio: aureſq claudende: non secus atq ipsi ferunt: ad sy
renaz cātus clausisse Accōmodatissimus est ad hoc ꝓpositū quem
greci mirant magnus basilius. sic ille (ut aretinus transfert) de poe
tis iudicium tulit Nos igit inquit Laudamus poetas nō cum scur
ras aut amantes aut ebrios aut dicaces ymitant Neq cū diuite mē
sa cantuq dissoluto felicitatē diffiniūt: minime uero cum de diis ali
quod dicunt: mentōem deinde apium itroducēs: ut enī ex floribus
ceteri quidā nihil sumūt inquit preter odorem & colorem Apes e
tiam mella sciunt inde excerpere Ita qui non solum festiuitatē se/
quunt uerborum. fructum aliquem ex poetis ꝓcipe. & subiūgit. il
le enī nec piter oēs flores ademit nec si quos ademit eos totos assūit
& nos quoq si sapimus Cū id excepimus qđ ueritati amicū cōsen/
taneūq sit. cetera oia transgrediemur Neq his contētus ꝓsequens
adiicit. & quoniā ad hāc nr̄am uitā per uirtutē ascēdit. uirtus āt ip
sa multū a poetis multū ab historicis multū ēt a phīs laudat eorum
uerbis maxie ē inherēdū. Addit quoq basilius ex quodā uiro se (q
ad uestigādas poetarū mentes acutissimus habebatur) audiuisse. cū
diceret totā homeri poesim. laudem esse uirtutis. omniaq illius poe
te huc tendere. nisi si quod interdum incidens sit Sic de poetis secu
laribus magni & sancti uiri diffiniunt. Ecclesiasticos autē quos plu
res esse manifestum est. quāuis hesitatōe legendos approbant uene
randūq nomē eorū & dogma suscipiūt Qualis fuit hilarius Ihero/
nimi coetaneus. & qui dulces ymnos in ecclesia cōscripserunt. Nō

nulli autem noſtri temporis: qui ut docti uideant quecunq; nō die
dicerunt damnant Digni ſunt quibus cum Iheronimo dicamus: ne
ueſcentium dentibus inuideant edentuli: & oculos caprearum tal /
pe condemnent Traxit me diues ad diſputandum materia Et dum
epiſtolam credo ſcribere tractatum edo ſed claudo ſermonem de po
etis Cetera contra garrulos ſapientie tue non deerunt ſi quis cōtē /
tus his eſſe noluerit Nunc ad ultimam tranſeo partem: in qua pro
rege ladiſlao facis apologeticum: multa in laudē tanti prīcipis ſcri /
bis: que dicta ſunt aduerſus eum non minus ornate q̄ caute. Cogi /
taui & ego futurum hoc cum librum epiſtolarum ad te direxi: Ne
q̄ inutile reputaui aduerſus ſcripta mea te dicere: que ipſe non tan
q̄ uiſa ſed tā q̄ audita retuliſſem Sic n ueritas facilius inuenit. Tu
ergo mō q̄uis & prudentiſſime & fundatiſſime regis cauſam tuea /
ris: das tamē mihi cauſam nōnulla ut remēorē tecūq; pauliſp cōten
dā nō quia te ueli īpugnare: ſed qa magis iſtrui cupiā. nā & ſi mag
ni uiri fuerūt qbus aures prebui: & quorū dictis hiſtoriā ſtruxi me
am. plus tamē tuo noi tribuo. Tū qa rebus de qbus locutus ſū iter
fuiſti Tū qa & nature & dignitati & etati tue mentiri alienū ē. Sed
audies pauca: q̄ me obſiſtēr tuis dcīs īpellūt: dixi prioribus meis epi
ſtolis nobiliſſimum adoleſcentem uuladiſlaū polonie regem ſuorum
concilio uictum: regnum hungarie occupaſſe: hoc durū & a uero
remotū tua dignatio eſſe contēdit. Affertq; ratōes que iuſtū illum
hungarie regē poſſint oſtendere. Quarū maxima illa ē Quia defū
cto alberto regīa & uniuerſi regni accole uuladiſlaū regē accerſiue
rīt. cuius ope & auſpicio catholica fides: & regni pplūs ab īfeſtatōe
turchorū defendi poſſit: qui tunc hūgarie uicini: clades q̄plurimas
inferebant Addis & oratoribus qui ob eā cauſam miſſi fuerant ap
tum dictum aperte extitiſſe: quia regina pregnās ex alberto remā
ſiſſet: nō licere regem exterminiū regnū tranſire illoſq; confutaſſe
quicqt petitōibus rerū obiiceret: uictis inſuper & decreti copiam
quo rḡni prelati & ꝓceres q̄cūq; aduerſus corōatōem uuladiſlai dici

279 280

posſent inania eſſe diffiniunt. fateor omnia iſta geſta eſſe ut ſcribis neque de tuis dictis adimo quicquam Sed audi quid me moueat dicis. Albertum hungarie regem fuiſſe mortemq; relicta uxore obiiſſe: natumque ladiſlaum eius filium: addo ego & coronatum regē priuſq; q uuladiſlaus eius: hungariā ingrederet Quid hic dicemus Nunquid regū filii ſoliū paternū tenere debēt. Quis excluſo regis filio regnū poſſidens non dicit: occupator Aut ſucceſſiōi locus eſt apud hūgaros: aut electōi: cum rege mortuo filius in ꝑmptu eſt Si patri ſuccedit filius. nō uideo quid iuris in uuladiſlaū populariſ electio tranſfuderit Si regē electio facit Attribuo tue ꝑti victoriam. Mihi tamē q regni ſe mores ſcir affirmāt ſuccedere pr̄ibus apud hū garos i regno filios in iuſſu populi dicūt Idēq; romanū pōtificem diffiniuiſſe apoſtolicis demr̄at apicibus: neq; mēti mee ſatiſſacit qd de turchis i mediū ꝑponit: tāq; neceſſe fuerit ꝑ regni ſalute ꝑ xpiſti nomie tuēdo regē hr̄e q regeret nāq; ſi hec ꝑmittimus rarus patri ſuccedit i dn̄atu filius Poterat uuladiſlaus ſi zelo fidei ſucceſſus erat. ſi uicinorū ſaluti cōſulere uolebat Si tāta eū caritas mouebat & hūgaris ſuccurrere & pupillo infanti regnū conſernare ac uelu/ti tutor uicini regis regnū adminiſtrare. Sed uteris tu mecū ea purgatione. qua trogus philippum macedonem defendit cum regnum nepotis uſurpauiſſet Itaque inquit ille philippus diu non ſe regē: ſed tutorem pupilli egit. Ac ubi grauiora bella imminebant ſerū/que auxiliū in expectatione infantis erat compulſus a populo regnum ſuſcepit. Melius tamen lygurgus qui cum fratri ſuo polibiti ſpartanorum regi ſucceſſitque regnumque ſibi mendicare potuiſſet Carillo filio eius qui natus poſthumus fuit. Cū ad etatem adultam ueniſſet regnum ſumma fide reſtituit Sed pauci sūt quos dominandi non frangit cupiditas: placet cunctis prouerbium ceſaris Si uiolandum ius eſt. regendi cauſa uiolandum eſt. mihi non uidetur. aut mater: aut populus: aut inſtans belli metus ius infanti:

auferre atque alteri concedere potuisse: nisi tua sapientia nouis me
rationibus instruxerit Scio illud quod dicis regnum polonie longe
lateque florentissimum esse Neque uiros illi neque opes deesse Cō
stat inter omnes qui terram circuierunt: polonos & fortes homines
esse. quibus qui dominatur inter xpristianos & clarissimum nomē
habet abundat diuitiis potētissimis credit̄: satis illi superq; satis ho
noris ē si quicquā mortale pectus satis existimat Ac dives asia Xer
si nō sufficit Greciam imperio cupit adiungere Alexāder victo da
rio babilonia capta egipto subacta. superatis indis estuat infelix an
gusto limite mundi: ut gyare clausus scapulis paruaq; seripho Hani
balem non capit africa Addit imperio hispaniam pireneum transi
lit Superat alpes: īgredit̄ italiam: nihilq; actum a se putat nisi uex/
illum in capitolio ponat Achila rex hunorum Totius scithice gē/
tis: solus imperium tenens Inuasor germanie galliarum populator
uastator ytalie Inopem miserumq; se iudicat: nisi primas mūdi gē/
tes. Romanos uesogatasq; sibi subiiciat Sed quid miramur uiros. cō
ditrix babilonie semiramis non cōtenta quesitos au iro regni ter/
minos tueri Ethiopiam impio adiecit Indisq; bellū ītulit Quo pre
ter illam Dionisium herculem & alexandrum armatus intrauit ne
mo Insaciabilis est dominandi cupiditas Nulli satis ampla sua ptās
uidet̄ Sp in alieno melior seges agro: nicini formosior coniunx Pin
guius apud alios pecus apparet Nimirū si uuladislaus adolescēs al/
to sanguine natus spū fretus nobili: glorie cupidus. hūgarie regnū
affectauit Humanus est hic morbus: adeoq; cōis ut iam uicio detur
Animus paterna hereditate contentus Si quis ē cui sua placent: in
ter principes ocios⁹ paci deditus: nulli molestus belli execrator. en
inquiunt deses homo est meticulosus: pusilli animi: uentris: semique
seruus monachum esse non regem oportuit: mulieri non uiro serui
mus Huiuscemodi sepe uoces regum atria implent. Inde commoti
quibus feruet animus Iuuenes iniusta bella suscipiunt Quod si uu
ladislaus hac re ductus in hūgariā uenit: secutus est (ut philosophi

uolunt. erroneā uiam ut populi sentiunt laudabilem & glorioſam dignus qui fortibus umbris animū meret hec placuit ad tua ſcripta referre non quia impugnare illa uelim ſed ut ſolutionem eorū a te ſuſcipiam que mihi dubia ſupertrant. Nā &ſi multe ſint & maxime laudes que uuladiſlao regi ſuiſq; prelatis uel ꝓceribus attribui poſſint. Cupio & hoc illis aſcribere preconiū ſine controuerſia poſſe ꝙ hungariam non humano ſolum ſed etiā diuino iure ſibi ſubegerit Quod uero preſente rege victos & etiam ꝓſtratos a polonis turchos aſtruis ſequor teſtimonium tuū q̄is Iulianus cardīalis ſācti angeli: qui tunc in hūgariam legatum apoſtolicum agebat ſuis litteris omnem belli victoriā in iohānem trāſtulerit: quem ego ad pontificem patauienſem ſcribens habui teſtem. Cetera que de uuladiſlao refers nullo apud me dubio ſūt. Cognoui ex omnibus qui eum nouere fuiſſe illo in adoleſcente uaſtum animum ſingularem prudentiam: ſummam liberalitatem Ingenium perſpicax adminiſtrande iuſtitie grādem curam: nullam in eo deſideratam ex his: q̄ regie uirtutes appellant: ob quam rem optarē ſi fas eēt cū tua dignatione. In hanc uſq; diem uixiſſe illum melius ut arbitror regno hungarie melius xpriſtiano ſanguini ſucceſſiſſet Neq; fortaſſe memorabilis illa ciuitas biſantina orientalis eccleſie caput grecie columen in poteſtatem turchi redacta: cum tam magna xpriſtianorum clade fuiſſet: que per conſtantinum primum inſtar romane urbis āplificata fatali quodam ſolebat dicere decreto ſub ultimo Conſtantino deuicta & ſpurcitie ſaracenorum tradita eſt Quam uiuo uuladiſlao nec intueri imperator audebat. Sed obiit ille ut ais rex clariſſimus Cū maiori: quātum credidimus nō polonie ſolū ſed hungarie & totius eccleſie damno Verumq; illud oſtendit quod ad ſorōrē ſcribere metrodorū. Anneus Seneca tradit mortale eē mortaliū oē bonū Vale & iā nō eplām ſed libꝝ cū uacaueris legito Ex noua ciuitate Auſtrie ſexto kal. nouēbris. M.cccc liii.

Nicolao Cardiali sancti petri pio & optio pri Eneas e/
piscopus senen. S.p.d. Venit ad me hac ipsa hora qua
scribo uir bonus & obseruantissimus hernestus ꝑtono
tarius imperialis ostendens mihi litteras tuas i quibus
sibi de quodā theolonio eccē tue trāsmutādo facitis mētōem·De q̄
re nōnihil simul locuti sumus Nam & meā qnoq̄ opā tua dignatō
requirere uidebat. Non est quod nunc ad hoc respondeā: quia nō
dum Cesari uerbū feci decreui cū ceteris seruitoribus tuis quos in
hac curia plures hēs rēipsam Cesareo culmini exponere & cōmē/
dare Quod respōsi hēo tibi q̄totius notū efficiā. cui seruire i omni
bus sum obnoxius: utinā tātū possem q̄tū uellē Nec plura de hoc, ꝑ
pero ad alia. Reuerēdissiūs pr̄ Archiepūs Saltzburgēn q̄dā pri/
dē capelle fundatōem cōfirmauit i ualle murie i loco non remoto a
sancto laurētio: ubi per iuocatōem diuini noīs & per merita sancti
leonardi pluria dicūt fieri miracula Cōfirmaui & ego fundationē
ipsam ex auctoritate cōmissionis mee ut qui populi deuotōem au/
gēdi magis ac magis existimaui. Deide accepi dignatōem tuā cū ꝑ
id locoq̄ transitū faceret, ꝓhibuisse ne Capella altius edificaretur.
Ne diuina illic officia celebrarent. Itaq̄ cū rustici & icole loci ad
me redirent ac remediū peterēt. Dixi nō decere me neq̄ posse cō/
tra tanti pr̄is decretū aliqd agere. remisiq̄ illos a me uacuos Ipsi āt
post aliquot dies per nobiles de stubenberg ad presentiam cesaris
introducti grauiter questi sunt pium opus diuinum sanctūq̄ apud
eos ceptum impediri. Dixeruntq̄ murmur magnum esse in plebe
cuius deuotioni obuiam iretur. Vocauit igit me cesar ad se petiuit
q̄ uotis ut annuerem & nobilium & popularium indulgeremq̄ ca
pellam edificari & diuina ibi celebrari officia: addens se magnam i
sanctum leonardum habere deuotionem Ac cum ego non esse mei
muneris affirmarem: tua facta rescindere petiuit saltem permittere
ad tres menses. celebratōem ibi diuinorum haberi: ut interim tua
dignatio cōsuli posset & ita feci Nescio an illi rustici adhuc miserit

ad te quomõcũq; ãt sit precor reſcribere mihi digneris que cã mo/
uerit tuã mentem ad hmõi interdictum: ut ſecũdum illud ego quo
q; me excuſare poſſim: quia non auderem neq; uellẽ quouis pacto
tuis aduerſari ſententiis: mihi tamen in ualle illa dictum eſt: & affir
matum: nihil illic eſſe mali & oĩa ad laudem dei fieri: & bonam eſſe
populi rectãq; deuotõem Sed plebanũ ſancti laurentii eccẽ tue. ca
nonicũ ꝑ ſuo priuato iure aduerſari: utcũq; ſit meũ nõ eſt de tuis a
ctibus iudicare qui ſequi debeo nõ preire Nec alia de cã certitudi/
nem peto niſi ut excuſari me ceſari & aliis ſupplicatõibus efficati/
us poſſim. Nunc ad nouitates uenio Prutheni de ordine ſancte ma
rie ſunt apud nos ĩ curia petũtq; iudiciũ aduerſus cõmunitatẽ: que
ligã contra ſe fecerũt Pars aduerſa Oratores miſerat Sed illi apud
moraui latronũ pr̃iam intercepti ſunt: ſpoliatiq; bonis omnibus ĩ
uicula cõiecti ꝓpter quam cauſam dicta dies Iudicii neceſſario cir
cũducit̃ Neſcio an illi poterũt in breui reddi libertati. Rex enim
ladiſlaus ſub cuius ſaluoconductu capti ſunt. ad eorum liberationẽ
omnixe operã dat. petiuitq; iam brunnam perſonaliter ꝓpinquius
q; ẽ ei latroni qui illos detinet puto in curia ſua multos eſſe qui ſce
lus hoc ne puniat̃ adnitant̃ . ut ſunt mores hominũ. Alii amicitia
Alii pecunia muneribuſq; deliniunt̃: quẽcũq; autem finem captiui
habeãt non uideo hac uice terminum cãe pruthenorum impõi po
ſſe Rex ipſe ladiſlaus ĩ bohemiã iturum ſe ad feſtum michaelis pro
miſit q̃uis bohemi id citius expetiuerunt Georgius ibi plenam gu
bernationem habet multumq; Rochezane fauet catholici oppreſſi
ſunt heretici dominant̃ minores monachi qui tempore Sigiſmundi
pragam redierãt iſtante Rochezana denuo pulſi ſunt. dominus de
roſis & alii qui fideles credũt̃ parum uocis habẽt Tpalia regni ge
dignas laborum retributões tuliſſe Qui iã triũ Ceſarũ Cancellarius fuit. Vuilgelmus de lapide miles inſignis nõ minus lr̃aꝝ q̃ armorũ ſcius qui mũdũ uirtutis agnoſcende cupidus pagrauit Quid ſuis meritis dignum eſt aſſecutus. Campiſius nr̃ phĩa plenus q̃ ſedis apoſtolice ſeruitiis etatem ſuã conſecrauit. Pauperior codro eſt Vnicus miles eſt aut ſi comites habet uix quatuor ſunt. ꝑcopius bohemus in curia ceſaris qui lz lr̃as amet colatq̃ ĩdocti tamen atq̃ hebetes ſibi preferũtur. nolo referre quis aſinos uiderim exaltatos ſuper cedros libani:qui ẽt hodie florent homĩes ſine lr̃is elingues ſine ſenſu·uix manus dextera quot habet digitos norunt Securius ẽ mortuos q̃ uiuentes carpere Quid tetrius aut horribilius monſtꝝ nerone fuit Quid tyberio ſceleratius his tamen imperia q̃ ueſpaſiano & tito piis ceſaribus diutorniora fuerunt. Quid Domiciano turpius beſtiam tamen illam mundi ceruicibus iminentem pluribus ãnis pertulit orbis Iouinianum quia religioſus clemenſq̃ fuit oppreſſum fumo carbonum mox amiſit Quot criſpinus uillas erexit mõſtrum a uiciis nulla uirtute redemptum. Spado claudii Neronis pophides tot diuitias poſſedit ut edes ſuas ornatiores & ãpliores capitolio conſtrueret. Gabrinus cremonẽn.uii.dominos ſuos ĩteremit quibus in fetida ſepultis cloaca dominatum ſuſcepit. Non poſſum uiuentem aliquem non tãgere. patrem philippi ducis qui nũc burgundiã tenet in preſentia regis frãcie prepoſitus pariſiẽſis ſecuri p cuſſit is nunc ĩ ꝓuincia quietiſſimã habet uitã pinguibus agris dõatus Hic tamẽ & homicidiũ fecit & publicam fidẽ fregit quã miſer ille ſecutus fuerat. hec mihi bilẽ ſepius cõmouer̃t. At poſtq̃ te uirũ ꝓbũ & doctũ iã fortũe blãdimentis uideo delinitũ fio mitior illi putoq̃ nõ te ſolũ ex bonoꝝ nũero gratum eẽ huic mr̃one. Sed duc me oro ut illã intuear Ita ẽ ĩqt uegius plures bõi ſũt ĩ hoc cõuẽtu q̃uis mihi nõ arrogo qđ tu nomẽ das Scio me pccĩ reũ eẽ ĩdignũq̃ gradu meo. ſed ita placitũ eſt tũ fortune tũ meo pontifici. Atq̃ ut ag/

noſcas bonos quoq; huic domine gratos eſſe: audi me parumꝑ.noſ co conſtātino magno nerue traiano duobuſq; theodoſiis. ipſiq; pri/ mo auguſto quāta felicitas arriſerit quia ꝓbi fuernnt. nunc diſpu/ tare ad niuos uenio. Quid tuo ceſari religioſiſſimo qdmeo p ōtifici ſanctiſſimo Num ſe blandā fortuna oſtēdit. Regē aragonū quis e leuauit niſi fortuna:quis ducē cloceſtrie magnū fecit.quis colōn & triuer̄.antiſtites magna ē hoꝝ uirtus & tamē fortūe flatu ſunt ſub limati. Diceret mogūtinus meū genus erexit me.ſic & ſaxōes & ba uarie duces dicere poſſunt tāq; nihil eis fortūa fuerit opata Sed quiſ eos tā alte naſci fecit niſi fortuna.poterat hec ſi uoluiſſet regis hiſ/ panie uel anglie meo loco ſupponere.nulla uirtute nr̄a ſed caſu ge neris nāciſcimur claritatē.quod ſi plures ſunt uirtuoſi quos fortuna preterit nemo iraſci dēt. pōt.n.hec dnā que ſua ſunt bona cui uult elargiri.hoīes in mūdū non ad opes poſſidendas aut ꝓfruēdas deli/ tias Sed ad labores naſcūt. Viuereq; ī terris nō tanq; īcole ſed ut ad uene peregriniq; debent:futurāq; patriā ꝓ opa uirtutis iqrere. In magna uero fortūa nō facile uirtus reperit. Qd aniaduertēs The banus ille phūs ingēs auri pondus ī mari coniecit ut expeditiorē ſe traderet phīe. Xpūs ſaluator deuſq; nr̄ diuitias tanq; ſpinas & tri/ bulos docuit fugiēdas.eius diſcipuli pauptatis amatores fuerūt uic tū ac ueſtitū habētes his contenti erāt Nec iheronimus q̄uis docti ſſimus ī tenui gaza fortunā accuſauit quia nō illā dominā ſed xpriſ tū dominū ſeq̄bat transitoria ꝓ perpetuis ſpernēs Anthonius ab/ bas quod fortuna dederat ſponte reiecit. q̄ ſi ſane mentis eēmus odi um potius q̄ fauorem appeteremus fortune cuius blāditie maximū preſtāt īpedimētum ad eterne uite conſecutionem Raruſq; ē & cor uo rarior albo: q & fortunā ſimul & iter ī celū ſequi ualeat:ſed cō/ primo me:ne huic dnē uidear detraxiſſe cuius āplexibus iā delector Tu tū caue ne ꝓcopiū uel alios quos noīaſti uirtutis amatores dicas exptes fortūe. Nec.n.uel cardīales uel milites eēnt uel generoſi niſi fortūa iuuiſſet. Solus cāpiſius ē ex quo nihil ſuū pōt fortūa r̄peter̄

Sed eamus.si ſtat ſentētia ꝓpius uideamuſq; dominā iſtā:regnoꝝ at q; ipii motricē. Eamus īq; ego &ſi forſitā hoſpes iuiſus ero uix quā tū uelox ex arcu ſagitta uolitās currit uie cōfeceramus. Cū appre henderis uegius dexteram meā reſpice inquit dextroſum. Enea Ibi mea eſt domina. Tentoria illic purpurea erāt margaritis ornata. q̄ centū iugera cooperiebant. in medio ſolium erat paltum lucēs cla/ris ſmaragdis Miri preterea lapides ebur ſolia ueſtiebāt Sagada gē ma que i ꝓfundo eufratis carine nauis ſe ſolet annectere Iocūdiſſi me uirens Mirchites coloris mirre. qui ad calorem attritus nardi o dorem ſpirat Mitridas que ſole percuſſa uariis emicat coloribus. Tum pirites qui ſe teneri nō ſinit uehemētius Chalachias grandi nis candorem preferens Echites uipereas habens maculas Dioniſi as qui ſui natura fuſcus eſt mixtus aqua ſi conterat uinū flagrat . Solis gēma percādida ad ſpeciē fulgidi ſideris. ueneris crinis q rufo rū criniū faciē prefert Selenites fulgore candido trauſlucens. Pyro pus qui flammas ymitatur. Meconites papauera exprimens. Mir/ mites reptātem formicam. Calcoptongos ut era pulſata reſonans . Siderites certis maleficiis incantatus diſcordias excitat ſimilis ferro flogites qui intra ſe. q· flammas extuantes oſtentat Antracias ut ſtel la choruſcans Enchidros exudans ut clauſam in eo putes fontaneā ſcaturiginem Melochites arabicus craſſius ſmaragdo uirens: īfan/ tum periculis reſiſtens. iris in mari rubro reperta que aeriſ reper/ cuſſu celeſtiſ arcuſ ex ſeſe ſpetiem iacet Andradamaſ nitoriſ argen ti animorum calentum impetuſ mollienſ & tumenteſ refrenanſ iraſ & cōtra moleſtiaſ neruorum utiliſ pederoſ aſpectu eburneo. & gra tiarum conciliator achateſ. Incredibile eſt gemmarum que illic ꝓ/ lucent ſi quiſ referat multitudinem ipſa fortuna grādiſ mrona du/ pliceſ aſpectuſ nūc blando uultu nunc terrifico. ueſtibuſ auratiſ gē matiſq; alciorē thoꝝ tenebat oculiſ grandioribuſ. Sed pleꝝq; clauſiſ In auribuſ ceraſ uidi Illa de naue petitaſ q̄ ſiculoſ cātuſ effugit re/ mige ſurdo. caduceum ī manu tenebat. In dextera eiuſ dominatuſ

ſedebat.honor.fauor.ſplẽdor.gaudiũ.officiũ.faſtus.riſus.amor. cõ
iugiũ.uigor.rubor.decus.cãtus.potus. Nec minori loco.fama· glo
ria.victoria.nobilitas.reuerẽtia.pax.leticia.potentia.forma.laus·.
gratia.ſuauitas.iocunditas.hilaritas.dignitas.elatio.pompa.preſtã
tia.familiaritas.clieutela.rapĩa.ultio.ſuperbia.libido·arrogãtia.ob/
liuio.nuptie.conſolatio. Ad pedes eius quaſi ancille ſiue pediſſeque
Diuitie pecunie.delicie.blanditie.uoluptateſq; ſtabãt arrectis au/
ribus ſi quid hera iuſſiſſet auditure factureq; In gramine uero lo/
coq; decliui.ſelle plurime cernebãt orcheſtra tecte ubi plurĩas um
bras ſedere cõſpexi Perlucebãt.n.corpora ſedentiũ quãuis pallida
erant Verſuſq; ad uegium qui ſunt hi obſecro ſedentes uiri reue/
rentia digni ſubtriſteſq; Hi ſunt inquit uegius quos hec domĩa ab
initio naſcentis mundi dignata eſt :magnos facere ſed iã fatis functi
huc uenerunt ut quiſq; maior fuit ſic fortune ꝓximior eſt nec hic
ex uirtutibus locus datur ſed ex felicitate.primus hic ẽ Auguſtus
Ceſar diuum genus qui aurea condidit ſecula: quiq; ſuper garamã
tes & idos ꝓtulit imperiũ Alexãder ſecũdus ẽ Tũ iulius ceſar poſt
ſcipiões duo Inde Põpeius Alius quẽ uides luſcũ hanibal eſt Tum
fabius maximus Emilius Paulus Marcellus.alcibiades temiſtocles
priamus.hector.agamẽnõ.achilles.uli xes darius.xerſes.ninus.Pre
tereo multos Ille quẽ uides ſigno crucis munitũ conſtãtinus ẽ hũc
ſequit cõſtantinus.conſtans.cõſtãtinus.ualentinianus.theodoſius·
ſunt & iuniores carolus magnus.pipinus arcturus.mitto uetuſtio/
res.Sigiſmundum tuipſe noſti & albertum generum qui poſt ſoce/
rum non diu regnauit Fortunamq; tum ſecundam tum aduerſam
exꝓtus eſt.Hic albertus ex duce rex factus hungariam bohemiã/
q; recepit·nec diu poſt imperium eſt aſſecutus ut tamẽ cito creuit
cecidit ꝛpẽte uix ãnis tribns regnauerat cũ morbo aſſũptus ſpiritũ
ita deo reddidit Tũ ego quonã mõ inq; felicitatẽ recipis ego apd iu
uẽalẽ legi nẽinẽ malũ eẽ felicẽ. ex his quos noiaſti peſſi plẽs fuerũt
ſois q; hãibal ſeuus q;fallax q;cupidus fuerit tu tũ hunc felicẽ dixſti

Ad hec uegius nō ut ſapiētis nomē felicitatis ſuſcepi. ſed uulgi morem ſum ſecutus apud quod felix dicit cui pluria ex ſententia uēiunt/ ſiue bonum ē ſiue malū quod optant Iterū ego Nō eſt mihi uegi de mortuis cura Viuos rogo mihi oſtende. Reſpice inquit uegius illam plagī. Vides ne iuuenem albis comis planiſq; nōdū ānos triginta nactus eſt rarus in ore riſus. grauis inceſſus. Viro uerba pauca. pudor ante faciem longo uultu. ſtatura pluſq; mediocri. lato pectore Video inq; Sed quis ē. herus tuus fredericus ceſar inquit uegius tū ego agnoſco dominū ſed cur is fortune refugit uultum. Que nā loquit domina Audio uocē nerba nō teneo dicā tibi Enea refert uegius Nō tam nenus iouē dilexit q; mea domina tuū herū. Is tamen refugit nec aſpiranti annuit. Vultus fortune ut cernis blandus eſt frederici oculi torui ſunt uixq; fortunā intuēt Neſcio quid ſibi ſit menti uerba fortune hec ſunt Mane frederice & te mihi crede Nemo regum te felitior erit ſi mihi auſcultaueris. Quod ſi tu fugeris ego etiā fugiam Vides ne ſilui ut manū ad ſcapulas ceſaris fortuna poſuit Colleriū q; uult prēdere neſcio an ſe capi ſinat Ceſar quod ſuperi faxint ſi fauentem fortunam ſpreuerit fugeritq; Scio morem domine nunq; ſibi blandior erit ſuperba ē. rogari potius uult q; rogare Nūq; uidi hanc herā tā ſe alicui blandā preſtitiſſe q; nunc ē tuo domino Felix ille ſi fortunam ſequat. miſer ſi fugiat tū ego ille proximus frederico qui eleuata ceruice gradit paſſumq; maiorē facit paululum fuſcus Germanus eius iquit uegius. Albertus dux liberalis uaſtiq; animi Eū ſequit patruelis Sigiſmūdus iceſſu celer ingenio prumtus & manu Poſt hos ulricus cilacius comes mortalis pugne magiſter amator nō tā fidelis q; felix Ille maturus euo grandiq; corpore ſi quis ſit queris. Vide ad pedes ibi calceus dicit dominus de uualſee ego ſum Hos ſequunt uiri preſtantes. chimenſis Gurcenſis epiſcopi Cancellarius herus tuuſ Gaſpar qui ut dicit minuſ habet q; mereat Magiſter camere gebinger Mareſcallus Hi dilcī ſunt Norēbergā petere ſi petierīt In pria remāebunt

Leonardus patauiēsis episcopus Comes de schauuēburg magister curie Neipergh & alii plures q̄ oēs fortasse sunt filii q̄is singuli sua quer̄at̄ sortē. Rursus ego Quen̄ hoꝝ fortuna ē oim bona iqt uegius si tuus herus fortūe uocibus auscultauerit: uaria si obaudierit Dū sic famur Video parua statura uirū nigro uultu letis oculis qui manus in capillos fortūe cōiecerat Arreptaq̄ coma: sta tandem dn̄a meq̄ respice dicebat quo me fugis iā annis duodecim capta es siue uelis siue nolis ut me respicias oportet Satis mihi aduersa fuisti nunc aliū uultum prebebis reor aut mihi blanda eris aut ōnes tibi crines euellā. Cur me fugis pusillanimesq̄ sectaris fortūe quoq̄ in eū uox erat Vicisti fateor nec me amplius experieris aduersam Tū ego quis hic ē inquam uegi qui fortune uim facit. Alfonsus refert ille Rex aragonum qui cū fratribus apud stātiā captus philippo duci mediolanēsi datus dimissus deniq̄ nouis se prelis immiscuit Aduersamq̄ dominā isecutus tātum instādo pseuerādoq̄ fecit ut uictā pudore fortunā iā in suū fauorē reuocauerit. alius quē uix tribus a fortūa distāte passibus cernis burgūdionū dux est & cū eo cōiunx cordata Lōgus ille & tardus q̄ uix uocē exprimit i subribus preē: huic hera sepius arrisit sed nō audiuit ut par erat: dnē uocē iō minus agri possidet minusq̄ possideret nisi minas fortune nature liberalitas cōfregisset Ille i armis letus iohānes ē uaynoda trāsiauoꝝ cuius uirtute fracti teucri hūgariā reliq̄rūt. hic niger giscra ē cuius armis defēse sūt ladislai ptes. hic caluus bohemus tasco ē uir sēsatus uolūtate uaria. añ hūc picēniū uide cuius uirtutē mirari magis q̄ r̄fer̄ possuūs: apd eū frāciscus carmiola magis fortūe fauor̄ q̄ suis uirtutibus i hāc di ē magnificatus. iter hos ego mr̄ona lē hitū cernēs & q̄nā inq̄ illa ē feia q̄ āte alias tribus passibus pgens tā fastuosa ur̄. hec iqt uegius uenecia ē q̄ pecūiaꝝ fortūe claues hēt tarpeiāq̄ custodit: alia ē burgēn citas. tercia colonia norēberga sub ide: argētīa seqt̄. uuiēna quoq̄ iter has nō ēultia Florētia ueneciis ꝑxīat sed tieo illi q̄ pluribus iā annis fauorē fortune minorē sentit

tua ſena floret nunc ſed minas neſcio quas audio. barchiniona & ua
lentia florent Londonie quoq; ſplendide ſunt ut uides Tū ego ui
deo togatos quoſdā quinā ſunt hi: primus ē meus pōtifex īquit ue
gius:num eugeniū noſti:proch inq; ego ēt res eccleſiaſticas fortu
na uerſat: non minus q; tpales īqt uegius. ex quo nr̄i ſacerdotes do
minari ceperūt & mundialia potius q; ſpūalia curare. Felix poſt eū
ſex gradibus ſedet imius quia pricipes non ſequūt eū Cardīales tu
oēs noſti ſi uultū ītueberis Tres elcōres alcioribus accūbunt thoris
Pr̄iarche pauperes ſunt tam latini q; greci ideo retro ſtant. Ille ui/
due bullatis indute ueſtibus q; poſt alexādrū herculēq; iacēt. urbes
ſunt que quōdā ſplendide nunc equate iubēte fortūa cernuntur illa
in montibus ſita. Carthago altera ſr̄ eufraten babilon Troia colu
men aſie inter xanctum & ſimeontem diruta Ille amphionis thebe
tū mr̄ muſarum cecropis: & armis quondam potēs lacedemonia.
Poſt ego q nā obſecro illi ſunt qui ſe nr̄is horrēt. prior ille ſoldanus
eſt inqt uegius: cui paret egiptus. alius teucris imperat. tertius par
this: quartus afris. ille nudus brachiis tātū īdutus & armillis cui di
ues ex collo torq̄s pēdet īdoq; hēt dnātū Poſt hec ad ſiniſtrā me uer
ti ibi pauptas ſedebat ignōinia deriſus iiurie morbi. ſenectus tormē
ta carceres fames. dolor. ſtridor timor pudor odiū iuidia deſperatio
caritas bellū peſtis ſolitudo uerbera cure. Et mille maloq; noīa Cā
pi ſitiētes nudi aut lapidibus tecti. Et qdnā rogo ſibi uult hec uaſti
tas uegi Hic habitant inquit illi qui ex alto gradu ceciderūt poſt
q; fortune fauorē amiſerūt Vides ne ſublimem illā mr̄onā ſeptē col
libus. q. pedibus ſubſiſtentem Hec eſt aurea quōdam roma iam lu/
tea eam ſequit ſyracuſe ꝓxime Tum genua lune piſa luca pariſius
inter germanas florent adhuc urbes. Sola praga ſplendor terre de/
clinat Conſtantinopolis tracum caput morti ꝓpinquat Omnia tē
pus donat nec ulli fortuna perpetuo bona eſt Hic meſtus ſubmiſſo
capite renatus eſt quem fortuna ex apulie finibus pepulit Ille tho
mas fulgoſius ē q ex ducali ſolio tractus i carceris iacet pedore. hic

pācracius unco tenet q̄ solebat cū oībus. tū maxīe Cācellario tuo infestissimus esse. Borbonii dux ibi est qui regno francie dicebat: leges nunc dominii per te mulctatus extra regiam eē iubet. Vides ne senem ꝓcerꝝ cana & dimissa barba Hic ludouicus est dux bauarie quē filius dominatu priuatum domi clausum seruat dum sic loquitur Vegius rursus in dexteram feror uideo cāpū nube candida tectū dūq̄ introspicio. seu uera figura fuit seu ficta. ladislaū puellū diademate & uestibus ornatū regiis uisus sum uidere. pluresq̄ secum īfantes ludere. Petoq̄ Vegiū. quinā sunt hi nube caua circū uoluti. Hi sunt inquit Vegius Quibus fortūa fauorē spōdet. Si fato q̄ munere uixerīt Vix ista locutus erat Vegius cum dea in me oculis contorsit Cōtractisq̄ superciliis Quis te huc accersiuit iqt Enea Nemo iquī ego: sed auidus te uisendi ītrogressus sum noli mihi succensere Vidi regnū tuū. iā abibo. Vnum tantum ex te peto supplex mihi ut paucis rogatibus respōdeas Faciā iqt illa ꝓpōe. tū ego Quādiu es hoībus blāda Nulli diu respōdit Iterꝝ ego Quibus artibus pōt tuus fauor adqri. nullis inqt illa nisi solius iportūitatis remedio quis te plus alus retinet Qui meū īperiū maiori sustīet aio Quis tibi odiosior pusillanimus Quis te tute spernere pōt. sapiens q̄do mihi blandior eris. cū te uocabo. sū ne uocandus scies postea. Quis tibi ex oībus uiuētibus est acceptior Qui me fugat nō q̄ fugit satis bēo Vale & tu Vale nec te me mei gregis esse negaueris. inqt fortūa q̄is tibi nō dederī auri montes. Nā qđ plerīq̄ te amāt tibiq̄ benefaciūt meū ē. Retuli grās atq̄ abii Vegius ante portam me dimisit ibi inter porrigētiū manus turbam peregallū meū amiciorem amico & parem sibi Michaelem sueuū. Tū uuenceslaū &. Iacobū cācellarie glebis ascriptos. Qui ut me uiderūt circūfusi p/contabant q̄d uidissem Sed dū illis refero uisū mox somno solutus sū Tu Vale & qd hec sibi uelīt sagaci tuo īgenio discute mihiq̄ aperi. Iterꝝ Vale mel meū: oluſ Epicurei ac pictagore legumē. Ex uuienna.

qq

Cur captus fuerit pedagogus regis ungarie ·

HEas episcopus senēn Dominico car..S.p.d. ceterorū lit tere quibus dietī uisitor ad respōdēdum me quidē iuitāt tue āt quas nuper accepi uehemēter urgēt atq; cōpellunt que ꝑpter captiuitatem gasparis qui pridē illustrissimi regis hūga rie pedagogus extitit.estiatōem meā in discrimine adductā esse de mīrant.nisi.n.quo pacto sese res habeāt meis scriptis ostēdero uere/ or ne de me siniſtra que cōcepta ē opinio noxiū edat ptū:q me sine culpa & tibi & ceteris scē rōane eccē cardīalibus dominis meis effi ciat odiosum Accipe igit̄ rem gestā & an sim culpabilis tu iudica. Gasper de quo sermo ē humili loco natus admodū pauꝑ lr̄as apd ui ennam didicit ut ē mos patrius mēdicando se nutriēs.emersit nō si ne labore.uicit fortunā uirtus.uocatus ē in cācellariū Austrie.De inde sibi in aulā sumpto credita est ladislai regis puericia:cū iusiurā dum prestitisset nihil se cōtra cesaris aut honorem aut utilitatē fac turum .Et quod ceteri familiares iurant.auertere quoad possit.que uis icommoda cesareo culmiui imminencia ꝑmisisset.suscepta peda gogia fuit circa puerū diligens lr̄is & moribus illum ꝑ captu insti tuit Factus igit̄ cesari & omni curie carus itrauit cōsilium sedit cū pricipibus ī mensa regia cibū suscepit Cūq; uacasset ī austria eccle sia una ex maioribus iurisp̄onatus.multiq; illā barōes magniq; no biles peterent prelatus oībus gaspar.eccām munere cesaris cōsecu/ tus ē.q̄uis & alia prius beneficia nō modici ualoris obtinuisset.erat igit̄ in curia potens gaspar nomenq; paruum nō hēbat & bōitatis & doctrine Nec dubium putabat̄ quin breui ad episcopalē ascēde ret apicē laudabilis hucusq; hominis uita dignaq; diligi. Sed nescio qūo post hac mutatus est quodue homini in mentē uenerit ut ma/ iora cupere:& idigna se negocia agitare ceperit. Intelligens enim Austr ales nouādarum rerum cupidos.occulta cum eytzīgero col/ loquia iniuit qui cesari capitalis inimicus habebatur . Cumq; ueni

ſſet ex ungaria epiſcopus Argẽſis nomine paulus multa cũ eo apud
greciũ de abducẽdo rege ladiſlao clãculũ ꝓtractauit In noua iſuper
cĩtate cũ barone quodã de alto mõte cõſiliũ habuit emittẽdi ad por
tã pueri ubi parati eẽnt qui eũ equites abducerẽt cũq; nihil horum
ꝓceſſiſſet lr̃as puero dictauit quas ſcriberet auſtralibus: mãdãs eis
ut ceptũ ꝓpõitũ cõtra ceſarẽ retinerẽt iuitũq; ſeſe italiã petere; ſci/
rent In roma quoq; nõnihil tẽtaſſe cõfeſſus ẽ Sed oia ſupat ꝙ flo
rẽtie aggreſſus ẽ facinus Cũ ceſar ex urbe rediẽs illac trãſitũ face/
ret expectabãt ibi ceſarẽ ungarorũ & auſtraliũ oratores inter quos
Auguſtinus epiſcopus. Iaurmẽn hmõi cũ gaſpare apud eccl̃am ſan
cte crucis colloquiũ habuit hic inquit locus ẽ ĩ quo nr̃m regẽ liber
tati reddere poſſumus Fides publica data eſt nõ ceſari tantũ uerum
etiã ladiſlao Suade igit̃ puero cũ ceſar abire uoluerit uſq; ad portã
eũ ſequat̃ eo cum uenerit uelle ſe diebus aliquot florẽtie immorari
dicat equũq; retrouertat. Qd̃ ſi ceſar ad exitũ uoluerit eũ compelle
re preſto erimus uim regi fieri indignũ eſſe dicemus Fidẽ ciuitatis
implorabimus puer ipſe coactũ ſeſe uociferãs ad mĩam populos cõ
mouebit prius tamẽ apud ſenatum urbis dabimus opam preſto ad
portam armatos habeat qbus cohiberi ceſaris uiolẽtia poſſit Ciuis
hic eſt quẽ bude negociãtem nouimus is ſe operam ſenatus ĩpetatu
rum pollicet̃. Tu regis animũ prepara nos hãc ꝓuĩciã cum magi/
ſtratibus ciuitatis ſuſcipiemus Annuit gaſpar atq; ad regẽ ꝓfectus
ex condicto cuncta diſpoſuit fuiſſetq; peractũ facinus niſi apud flo
rẽtinos plus qeta cõcilia q̃ ſeditioſa ualuiſſent Nã ciuis ille de quo
põtifex. Iaurmẽn fecerat mẽtionem cũ de tali negocio magiſtratũ
alloq̃ret̃ grauibns uerbis reprehẽſus atq; correptus ad epiſcopũ re
diẽs impeditas cogitatões expoſuit nõ tamẽ cõquieuit gaſpar ſed re
gẽ cũ bononiã pueniſſet ĩ hãc ſnĩam ſummo pontifici ꝓpria manu
pſuaſit ſcribere: accepi. S. pr̃ aduerſus fideles nr̃os qui ꝓ meal n au
ſtria liberatõe laborãt ſanctitatẽ tuã nõnullos ꝓceſſus decreuiſſe q̃
res mihi aduerſa ẽ. Precor igit̃ qcqd cõtra me actũ ẽ reuoces. id erit

enī officii tui cum ſcriptū ſit pupillo & orphano aſtabis:id niſi fece ris cōpelles me maiores iudices appellare alia fuerūt eplē uerba ef fectus autē quē refero Clauſa eplā ē & ſignata miſſa ē auguſtīo epi ſcopo an uero btiſſimo pape nicolao reddita ſit ſua ſanctitas nouit me quidē latet Hec oīa ſuſpicāte nō tamē ſciēte ceſare hactenus geſ tā ſunt. Cū eſſemus ferrarie uelletq; ceſar nauigio uenecias petere cōſcius erratoꝝ gaſpar: eū adit marīas aquas nauſeā ſibi mouere ac nocētiſſimas eē:ituꝝq; terreſtri itinere:teruiſiū ſi placet ceſareo cul mini dicit: obtēta licētia & cū patauū ueniſſet receptis uniuerſis q̄ ſecū attulerat & que ī ytalia coemerat bonis ueronā uerſus iter feſ/ tinus direxit ut q per tridētum & uallē atheſis ad . Euū trāſire de creuerat unde cōſcenſa naui ī danubiū nauigās uuiēnā deniq; per/ uēiret tenuiſſet ꝓculdubio ꝓpoſitū niſi tabellarius quidā ceſaris ex uerona ueniens hunc ſe obuiū habuiſſe dixiſſet.tūc enī duo poſt eū equites cū familia miſſi ſunt qui nō longe a tridēto ipſum cōprehē derūt uictumq; duxerunt uenecias ubi oīa que ſupra mēorata ſunt ſponte cōfeſſus eſt ſuaq; manu cōſcripſit.Ibi primū caſus hominis ad meā noticiā uenit nā ceſar me uocās cūcta mihi expoſuit uoluit/ q; meas ī manus hominē dare quia ſedis apoſtolice legatiōem ī auſ/ tria me noſſet habere Indolui certe aduerſam amici fortunā:gaſpa re multis iā annis amiciſſime uſus erā:rebarq; uirū bonū eē & omni beniuolentia dignū.exhorrui ergo cū intellexi que de ipſo narrabā tur multū q; mecū ipſe accuſaui cōditōis hūane defluxū q̄ nihil cer ti nihil fixi habet.caduca & fluxa oīa ſūt.hodie leti ſumus cras meſ ti erimus.modo ſublimes mō infimi reperimur. Ceſari āt reſpondi auctoritatem mihi nullā apd̄ italos eē utq; miſericorditer ageret cū preſbitero porrexi preces.Ductus ē deīde ad nouā ciuitatem gaſp hic rurſus requiſitus ſū hominē ad me recipere iudiciūq; ſuper hu iuſcemodi crimībus agitare. Grauis res mihi uiſa ē At cū legati au ctoritate fungerer nō uidebā quo pacto ceſaris petitiōem recuſare poſſem.Hīta uero deliberatōe Iudicē me dixi futurū ſi rite & iux/

ta canonicas ſanctiones ꝓcederet. Perſonā ā rei nolui cuſtodiendā aſſumere qui nō haberem locum in quo eum oportūe recluderem Placuit ceſari reſponſio mea qui neq; ſe plus uelle ait q̄ ſacri canōes ordinarēt. Adductus eſt autem ſemel ad preſentiam meā gaſp preſente notario mareſcallo & ꝓcopio equite bohemie q ultro ſeſe peccaſſe confeſſus uniuerſa que ſupra de ipſo ſcripta ſunt ex ordie confirmauit & acceptās me ſibi Iudicē deputatum ut ſui miſereret ſeq; ceſari commendarem cū multis lacrimis flagitauit Iuſſi eū boni eē ai quia quātū honeſtas pateret ſaluti ſue cōſulerē Poſt hec recluſus eſt ī carcere nō ſqualido aut tetro ſed lucido & ſpacioſo q̄uis ſecuro & optie munito Ibi & locum ſeceſſus hēt & plumas ī quibus iacet & breuiariū ꝑ quod oret Cibus ad eū bis ī die deferē. Ex his bibit & comedit que familie ceſaris apponūt. Fateor miſera uita ē ſed hāc frequēter ſuis delictis homies aſciſcūt Iudicis in eū nō principis habeo ptātem. legē me ſcriptam non meū ſequi arbitriū cōuenit Quod ſi libera mihi poteſtas eēt cum ſim ego peccator ī cōſpectu dei dignuſq; graui fulmine preſtarē me gaſpari qualē mihi uellem deū eſſe Nec difficilis uenie reperirer cuius dies nocteſq; idigētem me non ſcio At modo iudex ligatas habeo ad leges manus neq; ſeuire in gaſparem debeo. Neq; illum per indulgentiā impunitū remittere dum pars eſt que iudicium petit Facio igit nīſi fallor qđ mihi icumbit. Ea ꝑpter uellent aliqui qui ceſari ꝓximiores ſunt & in conſilio primi gaſparem torquere ut plura confiteret. Idq; per me ſibi licere depoſcūt negaui me quicquam permiſſurum. niſi qđ iudiciarius ordo requireret Sic homo uſq; in hāc diē intactus eſt q̄uis ſua culpa cuſtos eius capite plexus ſit quē ipſe ad relaxandū ſeſe induxerat Inter hec habiti ſunt q̄plurimi tractatus pacis cū auſtralibus. Modo rex ladiſlaus modo ūgari modo bohemi liberationem eius efflagitarunt quibus homo neq; negatus eſt neq; conceſſus. Mihi dum talia pendent non eſt uiſum expedire aut officii mei eē: ſolicitare ꝓceſſum. Taceo igit neque plus quero quam queror.

Cesari tamen sepe ut captiui miseriat uerbum feci quem libenter extra miseriam uiderē tū sui cui exceptis criminibus faueo Tum ꝓpter me ut onus hoc non leue deponerem Sic res in hanc usq; diē deducte sunt si sum culpa dignus acre tuum iudicium excutiat male ut arbitror mecum agunt q mihi in hoc negocio quiduis uel modicum imputant redduntq; pro bono malum dicentes lucem tenebras & tenebras lucem Veritas tamē enatabit nec me reor falsa calūnia opprimet Sū mihi conscius et quicquid reliqui senciant Gaudeo conscientia mea Hec uolui ad scripta tua dixisse quibus me nō mullorum uocibus male notatum scribis Si quis dignationi tue de inceps incusauerit habebis que possis ꝓ defensione mea obiicere . spero autem quia non cuiq; mihi detrahenti credas. Quantū uero ad litteras sacri collegii attinet. Ego illas diuo cesari reddidi & que uisa sunt ad rem addenda uerba bis terq; subiunxi maiestas sua deliberaturā se ait & sacrosancto senatui que meliora cogitauerit responsuram Ago tibiingentes gracias ꝙ negocia bohemica me rogante. S. domino nr̄o exposuisti Vale ex noua ciuitate die duodecima mēsis nouembris Anno Milesimoquadringentesimoquinquagesimotercio.

Epistola pogii de scola Epycure factionis. que regnat in theutonia

POgius florentinus ad leonardum aretinum. S. p. d. Si uales Ego quoq; ualeo Per quēdam contribulum meum ad te scripsi ex constantia. x kalendarum marcias ut opinor epistolam quandam quam si recepisti ꝓfecto ad risū te debuit premouere Erat enim longiuscula iocis referta & salibus. dicebā multa de lr̄is hebraycis quibus operam dabam Plura iocabar īdoctorē ipsum ut captus eorum est Qui ex iudeis christiani efficiuntur

299 300

Vtrum leuem insulsum atq; icostnantem. Litteras uero ad doctri
nam ut rudem incultam atq; agrestem faceciis quibusdam leniter
perstrigebam: uerum suspicor eam epistolam & item alteram quā
leonardo aretino dabam uobis redditas non esse Nam mediusfidi/
us que tua est diligentia in officio litterarum: rescripsisses postmo
dum aliquid Et uel saltem mecum congratulatus esses. Hanc nouā
noue doctrine disciplinam ad quā perdiscendam me sepius es hor/
tatus qua &si usus nullius esse conspiciam ad sapiētie facultates: cō
fert tamen aliquid ad nostra studia humanitatis uel ex hoc maxime
q̄ morem Iheronimi in transferendo cognoui has uero litteras ex
his balneis ad te conscripsi ad que cū me contulissem incerta re ma
nus curaui ea de cā rem dignam putaui ut eorum situm atq; amēi
tatem simul & mores harum gentium tibi describerem & consue/
tudinem balneandi. Multaq; dicunt ab antiquis Rerum scriptori
bus de balneis puteolanis ad que uniuersus populus Romanus cau
sa uoluptatis confluebat Sed nequaquam arbitror illa ad horum io
cunditatem accedere potuisse & aut cum his nostris fuisse compan
da Nam uoluptatem puteolanam magis afferebat locorum ameni
tas & uillarum magnificentia q̄ festiuitas hominum: aut balneorū
usus hec uero loca cum nullam uel admodum paruam prestent ani
mi relaxationem· Reliqua omnia immensam tribuunt iocunditatē
ut persepe existimem & uenerem ex Cypro & quicquid est ubiq;
deliciarum ad hec balnea commigrasse. Ita diligenter illius institu
ta seruantur ad unguem eius mores ac lasciuiam representant ut q̄
quam non legerint heliogabali concionem tamen ipsa natura satis
docti satis instituti esse uidentur/ Sed quoniam balnea hec tibi sū
descripturus nolui pretermittere uiam qua huc itur ex Constantia
ut coniecturare possis qua parte gallie sunt situata Prima die naui
cula per renum ueniens ad opidum. Schafhusen milibus passuum
quatuor & uiginti Cum deinde propter ingentem fluminis desce-

ſum per abruptos montes & confragoſa ſaxa iter eſſet pedibus cō/
ficiendum ſuper renum nomine keyſerſtol hoc eſt eorum lingua .
Ceſaris ſedes hūc locum opinor ex eius nomine ꝓpter ipſius opor
tunitatem Eſt enim colle excelſo imminens flumine qui dum per
co ponte galliam coniungit germanie quondam Romanorum caſ/
tra fuiſſe hoc in itinere Rem uidimus caſum ex alto monte ſcopu/
lis interruptum magno fragore ac ſonitu & ipſemet caſum ſuū q̄/
ri ac lamentari poſſis exiſtimare. Cum mihi uenit in mentem illd̄
eorum que feruntur de nili deſcenſu tam precipiti. Nec miror ac/
colas circum uicinos ꝓpter admirabilem ipſius ſtrepitum & frago
rem ſurdos putari cum huius fluminis terrores ex eo loco exiſtima
ri poſſit inſtar nili tribus uero ſtadiis rumor exauditur. Opidum ē
deinde Baden ſatis opulentum quod eſt balneum alemanorum lin
gua ſitum in conualle montibus circum imminentibus penes quod
dam flumen ingens rapidiſſimi curſus quod in renum fluit lōge ab
opido milibus paſſuum ſex prope opidum ſtadiis quatuor Eſt uil/
la ſuper flumen pulcherrima in uſum balneorum fabricata . Area
perampla eſt media parte uille & circum hoſpicia magnifica multa
rum receptacula gentium Singule domus ſua habent balnea interi
us in quibus abluuntur hi ſoli qui ad eas diuertere. balnea enī pu/
blica tum priuata ſunt numero triginta publica tantum duo exiſ/
tunt palam ab utraque parte aree lauachra plebis & ignobilis uul/
gi.ad que matres atque uiri pueri nupteque puelle:& omnium cir
cunfluentium fex deſcendit. In his uallis quidem intercuriis utpo/
te inter pacificos conſtructus uiros a feminis ſeiungit. Ridiculum
eſt uidere uetulas decrepitas ſimul: & adoleſcentes nudas in oculos
omnium agras ingredi uerenda & nates omnibus oſtentantes homi
nibus. Riſi ſepius hoc tam preclarum ſpectaculi genus. mentem re
uocans ad florales ludos & mecummet iſtorum ſimplicitatem admi
ratus ſum qui neque ad hoc oculos aduertunt . neque quicquam

ſuſpicantur aut loquuntur mali. At uero balnea: que in domibus ſunt priuatorum perpolita ſunt & ipſis uiris feminiſq; communia tabulata quedam eos ſecernunt & in his feneſtrelle perplures demiſſe quibus & una potare ſimul colloqui & utrique uidere atque attractare queant ut eorum frequens eſt conſuetudo. Nec deſuper cīgunt deambulatoria in quibus conſpiciendi confabulandique cauſa homines conſiſtunt Nam cuiuſlibet uiſendi. colloquendi iocandi ac laxandi animum gratia aliorum balnea adire & preſtare adeo ut cum exeunt & ingrediuntur aquas femine maiori parte corporis unde conſpiciantur nulle aditus cuſtodie ſeruant. nulla hoſtia ꝓbibent. Nulla ſuſpicio ĩhoneſti pluribus in locis idem qui uiris & mulieribus quoq; ad balnea ingreſſus eſt ut ſepiſſime accedat & uirum ſeminude femine & feminam uiro nudo obuiam ire. Maſculi capeſtribus tantummodo utuntur. At uero femine lintheis induuntur neſtibus crurum parte tenus ab altero latere ſciſſis. Ita ut neq; collum: nec pectus. nec brachia. aut lacertos tegant in ipſis aquis ſepe de ſymbolis edunt compoſita menſa deſuper aquā natātē quibus uiros aſſiſtere conſueuerunt. nos quidem ea in domo quibus. lauuabamur ſemel uocati ſumus ad eam conſuetudinem: Equidem ſymbolum contuli intereſſe nolui: Licet ſepe rogatus non permotus pudore q ꝓ ignauia habet' ac ruſticitate ſed inſcicia ſermonis fatuum quidem mihi uidebat' & hominem ꝥtalum adeſſe. Preter has multiplices iocunditates eſt & alia non mediocris: pratum eſt ingēs poſt uillam ſecus flumen multis arboribus contractum Eo poſt cenam cōueniūt: ūdiq; omnes tam uarii ludum faciunt: quidam coreis gaudent cātāt quidā plurimi pila ludūt. nō quidē more nr̄o Sed uiri ac mulieres pilā titipabulis plenā alter ad alterā dilectiorē ꝓiiciūt tū cōcurrit' ūdiq; ad illā excipiēdā q illā accipit potior hēt'. Iſq; eā iterū ꝓiicit ad ꝓſonā ſibi acceptiorē. Cū illā multi expectāt porrectis

(mānibus

atq; ipſe mō ad illam ſimulet ſe iacturū. Multi preter hos loci fiūt quos longum eſſet recenſere Hos autem retuli ut ex paucis cōprehendas quanta hec ſit ſcola epycure factionis Atqui ego hunc locū illū eē credo in quo primum hominem creatum ferunt quē gaudem hebrei uocant hoc eſt ortū uoluptatis Nam ſi uoluptas uitam beatam efficere poſſit non uideo quid huic loco deſit ad perfectam & omni parte conſummatam uoluptatem Quod ſi que uirtus aquarum ſit queris: tum uaria eſt & multiplex tum uero illa eſt admirabilis earum uirtus ut pene diuina Nego ulla eſſe in orbe terrarum balnea ad fecunditatem mulierum magis accommodata Itaq; cum plures ſterilitatis cauſa acceſſerint mira illarū uirtute experiuntur Seruant enim diligēter precepta quibus adhibent̄ remedia ad eas que concipere nequeunt. Inter cetera illud ē memoria dignū innumerabilis multitudo Nobiliū pariter & ignobiliū ducenta mille paſſuum huc uenientium non tam ualitudinis cā q̄ uoluptatis: Omēs amatores oēs pci oēs quibus in deliciis uita eſt poſita huc cōcurrūt ut fruāt̄ rebus concupitis Multe corporum ſimulent egritudines. cum animo laborant ita uidebis innumeras forma preſtātes ſine uiris ſine cognatis duabus ancillis & ſeruo. Aut aliqua affini anicula quā leuius ſit fallere q̄ nutrire Singule aūt quoad poſſunt ueſtibus auro argento gemmiſq; ueniunt ornate ut non ad balnea ſed ad celeberrimas nuptias eas diceres acceſſiſſe Hic quoq; uirgines ueſtales uel ut rectius loquar florales Hic abbates monachi fratres ſacerdotes maioriq; licētia ceteri ueniunt & ſimul quādoq; cum mulieribus lauantes & ſertis quoq; comas ornantes omni religione abiecta omnibus una mens eſt triſtitiam fugere . querere hilaritatem nihil querere niſi quemadmodum leti uiuant gaudiis fruātur. Nō de cōmuni diuidendo agit̄ ſed de communicando diuiſa Mirabile dictu eſt in tanta multitudine Eſt enim fere hominum mille in tam uariis moribus Turba tam ebria nullam diſcordiam oriri. nullam

seditõem. nullum dissidium nullum murmur nullum maledictum. Cernunt uiri uxores tractari Cernunt cum alienioribus loqui & quidem solam cum solo Nihil his ꝓmouent² nihil admirant² Omia bona ac domestica mente fieri cogitant Itaq; nomen zelotipi. quod quasi omnes maritos nr̃os oppressit. Apud istos locum non habet Incognitũ ẽ id uerbum. inauditum Nesciunt hoc genus morbi: nomen quo hec passio appellet² non habẽt: nec miror eius rei nomen apud istos nõ eẽ cuius rei cã nõ subsit. Neq;. n. quisq; est i istis inuẽtus qui zelotipus eẽt O mores dissimiles nr̃is qui semper omnia accipimus in deteriores partes qui usq; adeo calumniis delectamur & obtrectationibus ut si quid per ullam uidemus cõiecturam stati ꝓ manifesto crimine attestamur Inuideo persepe istorũ quieti & nostras exequor animi peruersitates qui semp querimus sp appetimus qui celum terram maria peruertimus ad pecuniam eruẽdam nullo contenti questu: nullo lucro saciati: dum futuras expauescimus calamitates continui calamitatibus anxietatibusq; iactamur Et ne miseri fiamus nunq; miseri eẽ desistimus semper inhiãtes opibus nunquam animo nunquam corpori indulgemus. At isti paruo contẽti in diẽ uiuũt: quoslibet dies festos agũt nõ appetentes diuitias mini me futuras: opibus gaudent suis non pauẽt futuris. Si quid aduersi euẽit bono aĩo ferũt Ita hac sola dictãte sentẽtia uixit dũ uixit bene Sed hec omittamus. Neq; enim ꝓpositum est meũ uel hos col / laudare uel nos reprehẽdere Volo eplãm totã iocũditate plenam eẽ ut eius uoluptatis quã presens in balneis percepi. Tu quoq; abũde & lr̃is meis porciũculam aliquã cõsequaris Vale mi leonarde iocũ dissime & earum lr̃arum leonardo aretino cũ amicoꝝ iter se cõmunia omnia sint participem facito uerbis meis omnes salutate.

¶ Pogii de scola epycure factionis Epistola: Et theutonum simplicitate. Explicit.

Cõmendat fratres beati franciſci de obſeruãtia.

Eneas epũs ſenẽ Dnico car. firmano. S. p. d. Quãuis ſcribente ceſare ac negocia fr̃m bti fr̃aciſci de obſeruãtia cõmendãte modeſtius fuerit me ſilere quia tamẽ ob mẽoriã diui bernhardini conterranei mei huic familie ſingulariter afficior neq̃o me cõprimere: cogor aſſiſtere ſancte familie: neq; mea patrocinia his negare poſſum que non me ſolum ſed omnes xp̃ifideles ſuis orõibus ac piis operibus adiutãt. utinã eẽt in me auxilii copia & aliqd poſſet patrociniũ meũ ꝓfecto nihil his dei ſeruis denegarem nã & ſi ſum ipſe peccator & iiquitate circũdatus diligo tamẽ eos quoꝝ uitã caſtã mũdãq; uideo quia quãto minus ẽ in me uirtutis tanto eos iuuare attentius debeo quorũ ꝓbitas in aperto ẽ Vt ſi nequeã meis actibus deo placere. Horum ſaltem commendatõibus reddar acceptus ſicut. n. pauidi ac puſillanimes in prelio ſeculari milites fortium uirorum uirtute ſaluantur ita et in beati petri nauicula prudentes & animoſi naute uecordes atq; ignauos ſeruant remiges: facit hoc religio beati franciſci que apud obſeruãtes habetur. Hec· n. ueluti lectiſſima militum manus undiq; xp̃ianorũ luſtrat exercitum nunc iſtam nunc illam partem tuet arcet inſidias. Impetum frangit hoſtium ſemper armata ſemper in uigilia: ſemper ĩ negocio nobis ut ociũ pariat. Scimus quantum ſub bernardino ſenenſi iã ſuperne iheruſalẽ curie ac religio eccẽ catholice ꝓfuerit: q̃ tũq; mõ ſub fr̃e Ioãne capiſtrano utilitatis attulerit & quid hec religio aliud agit q̃ que iubere nouimus euangelium ſentes ac tribulos ex agro dominico diuellit ſemen bonum ſemĩat zizaniam & loliũ ſarculo ueritatis precidit: exterminat auariciam pellit libidines fulminat illecebras uoluptates ſtrangulat ambitones & odia fugat ignauie ac ſecordie ſtimulum adigit & aperiẽs in eccleſia diebus ſingulis os ſuum penitentiam ſuadet & uiam domini in ueritate:

docet Hec ſunt opera fratrum qui de obſeruãtia nũcupãt. Neſcio cui hec nõ placeãt Credo que nõ ſunt oĩno preciosa ab eccã mẽbra oĩbus horũ gratã eẽ cõuerſatõem nec me dubiũ hẽt quĩ ſcã ſedes a poſtolica: hĩs xpĩ militibus afficiat. Nã & romani preſules ꝙpluria huic familie priuilegia contulerunt quibus ab infeſtatõibus hoſtium perſeueraret illeſa Sed audio nouiſſimis diebus nõnihil ſuggeſtum beatiſſimo patri noſtro Nicolao quĩto aduerſus hmõi ſãctam ſacrãꝙ congregationem Fert enim ſanctitatem ſuã litteris eugenii predeceſſoris ſui que in fauorẽ horum de obſeruãtia fratrum emanauerant ſeu reuocaſſe ſeu ſuſpẽdiſſe qđ minime feciſſet niſi ut aiũt ſiniſtre de cõuerſatõibus horum fratrum fuiſſet inſtructus Perniciosa res eſt lingua fallax & ſubdola: multũꝙ damni ſepe ĩ communi affert ſed magna uis ueritatis que cõtra omniũ inſidias facile ĩp ſam emergit. Vita horum fratrum in aperto eſt· Nõ poteſt abſcõdi ciuitas ſupra montem poſita. Eſt hec familia quaſi lucerna ardẽs ſupra cãdelabrum que domum domini hoc eſt eccleſiam miro ſplẽdore irradiat Venit aduerſus eam princeps huius mũdi & nihil habet in illa. Fundata eſt domus ſupra firmam petram. Nihil ẽ ꝙ in eam ualeant aquilones At ꝙis credit hec celeſtis imperatoris ſuſtẽtata manu neꝙ timeat uerſucias ſerpẽtinas cupit tamẽ eius conſilio cõfoueri qui locum magni dei tenet in terris Nã &ſi domus ipſa dirui ſiue demergi beati Franciſci nauicula nequeat. Poſſunt tamẽ ex inquilinis ſiue ex nautis nonnulli periclitari: neꝙ õnino tuta eſt niſi apoſtolice ſedis preſidio muniatur meum nihil eſt de alto iudicio ſacri ſenatus cenſere: aut de prima ſede quicquam dicere. cuius opera iudicare in terris mortalium nemo poteſt non tamen errare me putauerim ſi apud dignationem tuam animi mei ſecreta aperuerim Et quod ex uſu crediderim ſapientie tue palam fecerim. Nam & hoc iuraſſe nemini me facturum cum ſacris pontificalibus iniciarer Ego ut aperte loquar tue dignitati uehementer timeo ne nouitas : hec ſcandalum pariat. Si fratres de obſeruantia ad conuentuales :

ad cōuētuales migrare ꝑmittāt. Hoc.n.ī primis nō intelligo licitū
esse Vouete & reddite:scriptum scimus:seruāda sunt q̄ sane mentis
ꝑmittūt puberes Claudēda ē porta que ducit ad interitū Aperiē
da que mōstrat uitā Sunt preterea ut fama ē supra uigīti milia fra
trū qui de obseruātia dicūt Tota xp̄ianitas his plena ē Non est le
ue tantam offendere multitudinem incautum ē cū his contendere
Q̄ si dicat multo plures eē cōuētuales doctrinā q̄ hoꝝ perspicati
orem uideri.predicatōes quoq̄ in oībus urbibus audiri Nihil mo/
ueor Parū ꝑdest sermo cui uita cōtraria est Neq̄ sciētia sine sapiē/
tia ꝑficit.Monasteria cōuētualiū cōminui ac ruere cernimus. Ob
seruātiū augent & florent.his prīcipū aures patēt: neq̄ pōtifices
alii aut alii prelati his aduersant. Nihil enī ab his parochialiū iura
ledunt:subsidio plebanis:non oneri sunt Conuētuales autē nūc of
fertoria recipiūt nūc de iure sepulcrali cōtendunt.ob quas res acce
ptiores oī populo sunt obseruātes q̄ conuētuales. Taceo de uita dis
pari que ipso nomine designat mihi ꝑfecto non uidet expediens .
Romanū pontificē hāc familiā cōtristari debere & quoniā tua dig/
tio ueritati fauere ac diuertere scandala ꝑ sua uirili cōsueuit presūp
si hec tibi scribere Intelliges ex lr̄is cesaris animum eius utile cen/
seo ꝑuideri.Frater Ioānes hō dei est populi germanie quasi ꝑphe
tā eū habent: posset cum uellet eleuato digito magnā turbā facere
sentio ex his qui penes eū sunt egre sibi eē q̄d de bulla eugenii fer/
tur:sed hō sapiēs spem uultu simulat.premit altū corde dolorē:quā
uis scio cōstātiā eius immobilem neq̄ timendū eē que sp apostolice
sedis dignitatē ac eminētiā predicauit retroducere linguā.Decet ta
men summi pōtificis ꝑuidētiā his benefacere eosq̄ consolari qui de
romana eccā sunt benemeriti: qualem eē hūc Ioānem cū suis fra /
tribus nemo qui sapiat inficias ibit Hec bona uenia dixisse uolue/
rī:tua dignatio que libera uoce dico ī partē recipiat meliorem meq̄
suo more commendatum habeat.Ex noua ciuitate die undecima.ia
nuarii.

303 304

Damnat lr̃as male scriptas.

Eneas episcopus senensis Ambrosio Spannochie S.p.d. Cincurellus pape tabellarius. Tuas lr̃as ad me detulit q̃s rectius dixerim lituras Nescio grece an hebraice scripsis/ti. Latine quidem minime Non intellexi unicum uerbum nec pe/nes me q̃q̃ fuit qui tuos carecteres cognosceret Perinde ē igit̃ acsi nihil ad me scripsisses reseruo penes me scripturam tuã ut cum Ro/me ueniam tibi reddam & a te petam expositionem. Interim nō ē qd̃ possim respōdere nisi mihi glosulas miseris Vale & scias me de inceps latinas litteras non uncinos mercatorios didicisse Ex Ratis/pona die·iii. May. Anno. M. CCCC. LIIII.

E.Pii Secundi pontificis maximi cui ante summũ episcopatũ pri/mũ quidem imperiali secretario Mox episcopo. Deide etiã Cardi/nali senēsi. Enee siluio nomē erat. Familiares epistole date adamicos ī quadruplici uite eius statu finiunt per me Ioānē de uuestfalia In alma uniuersitate louaniēsi cōmorātē. Anno incarnatōis dominice M. CCCC. LXXXIII.

8288.

colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6